



STATVTA
VNIVERSI-
TATIS, ET STV-
DIIGENERA-
LIS OSCEN-
SIS.



Valeris





O S C A E.

Ex Officina Ioānis Peréz

à Valdiuiello, Oscensis Academiae
Typographi, anno Redem-
ptionis nostræ.

1594.



PROLOGVS

VAN TUN ...

...

...

...

...

...

...

...

...

...

...

...

...

...

...

...

...


...


...

...



Handwritten signature or name.





PROLOGVS.



VA **N**T **V**M pra caeteris Hispania Gym-
Nasijs nostra haec **O** **S** **C** **E** **N** **S** **I** **S** **A**ca-
Demia, studiumq; generale antiquitatis preroga-
 tiua splendore atq; nobilitate letetur, Et quan-
 tis quamq; insignibus Priuilegijs Et immunita-
 tibus decoretur, nemo est qui ambigat. Nam
 octuaginta annis ante Deiparae Virginis glo-
 riosissimum partum, quo salus mundi, aeternaq;

lux apparuit, iacta fuerunt a Quinto Sertorio Romano strenuo, pruden-
 tissimoq; duce felicissima huius Reip. literaria fundamenta, cum ex Italia
 doctissimos quosq; Et in omni scientiarum genere praecellentes magistros
 in hanc Oscensem Ciuitatem publicis stipendijs inuitatos, merituosq;
 conuocauit. Quod si Athenienses Draconis leges se habuisse iactant, si
 Lacedemonij a Licurgo sibi datas fuisse gloriantur, sidentiq; Platonem, ac
 Solonem suos legumlatores iurisq; auctores grauissimos extitisse caetera
 Resp. mirifice gaudent, cur nos Sertonij sapientissimum nostra Uniuer-
 sitatis erectorem summis in Caelum usq; encomijs efferre, exaltareq; non
 conabimur: qui non modo leges, iuraq; praescripsit, verumetiam semina-
 rium bonarum literarum extruens nouos quotidie Regno Aragonum
 voluit praebere Reip. moderatores, ac verbi Dei predicatores, anima-
 rumq; protectores vigilantissimos? Et non solum antiquitatis nitore, ra-
 dysq; fulgentissimis nostrae haec Academia splendet, verumetiam amplif-
 simis, tam summorum Pontificum, quam Regum Priuilegijs illustrata
 viget: quae in communi illius Archiuo recondita seruantur. Inter aliaq;
 est serenissimi Regis Petri quarti Priuilegium die duodecima Martij
 anni millesimi, tercentesimi quinquagesimi quarti concessum: quod non so-
 lum confirmatum, sed etiam auctum Et extensum fuit per Paulu secun-
 dum Romanum Pontificem, ad supplicationem Joannis secundi Arago-
 ni Regis, ac Furatorum, suae proceru Et Ciuium Ciuitatis Oscen. Factoq;
 processu fuit per Reuerendum Joannem de Sanguesa, Iuris Pontificij
 Doctorem, Et Priorem Prioratus beatae Mariae de Pilari (cui fuerat co-
 missa instauracionis Et renouationis praefati Studij causa per dictu Po-
 tificem) pronuntiatu, uniuersos Et singulos Doctores, Magistros Et Scho-

lares Vniuersitatis & Studij Osceñ. omnibus & singulis Priuilegijs, exē-
ptionibus, libertatibus, prerogatiuis, indultis & gratijs Tolosanē. Iller-
deñ. & Bononiē. Studiorū Vniuersitatibus cōcessis uti potiriq; valere.
Præfatumq; Regis Petri priuilegium Ferdinandus Rex Catholicus, nec
non & Christianissimus, pariterq; inuictissimus Caesar Carolus quintus
Romanorum Imperator, & Hispania Rex, nō semel, sed bis cōfirmarunt,
& approbarunt: addens, quod si opus erat hęc Vniuersitatē de nouo erige-
bat, & priuilegijs quibus poterat dotabat. Sed cum priuilegiorū mentionē
fecerimus, quo scelere, aut piaculo præteribimus, tacitiq; dimittere tenta-
bimus: unum illud potissimum, maioriq; laude & admiratione dignū, hu-
ius nostri generalis Studij, decus & ornamentum nēpe, facultas augusta
illa, regiaq; statuendi, legesq; & statuta in Consilio Vniuersitatis condēdi,
quæ perpetua firmitate roborata inuiolabiliter ab omnibus obseruentur.
Quæ singularis & ferē nullis Hispania Vniuersitatibus permessa preroga-
tiua, hęc nostrā inter illas adeo extollit, ut non immerito sicut eximio an-
tiquitatis honore easdem superat & excellit, ita etiā hoc penē diuino sta-
tuendi dono, ac potestate valeat amēire. Ne igitur temporum iniuria
(quibus varia mutationes, rerumq; vicissitudines sunt) tātum priuilegiū
obliterari, & statuta antiqua in diuersa volumina dispersa vetustate cor-
rūcere, nouatamē cōfusa, & absque ordine collocata nō prout decet obser-
uari contigisset: cōmissa per Consilium Vniuersitatis nonnullis Doctoribus
cura illa componendi, & resecatis superfluis in unū volumen congerēdi,
labore plusquam Herculeo, voti compotes euaserunt, librum hunc Statu-
torum miro quidem ordine & artificio componentes. Quibus Statutis in
Consilio perlectis, & unanimiter, nulloq; discrepante approbatis, Consiliū
prædictum eadem de nouo statuit & Sacramento pro presentibus & ab-
sentibus firmavit, atque ad unguem & inuiolabiliter se seruaturū pro-
misit, eademq; immutandi potestate se abdicauit: prout latius cōstat per
instrumentum hac de causa per Notarium Vniuersitatis confectū
pridie Nonas Decembris, anno 1583. Quare æquissimum
est ut omnes ad obseruantiam prædictorum erectis ani-
mis accingamur: sic nanque uniuersa in lau-
dem omnipotentis Dei Patris, & Filij,
& Spiritus Sancti fauste, fe-
liciterq; propaga-
buntur.

*

I N D E X

E O R V M Q V A E I N H O C
V O L V M I N E C O N T I -
N E N T V R.

A.

DE Absentia Rectoris. pag. 7.
A quo debeat sumi gradus
Bachalaureatus. pagi. 11.
De Assessore Conseruato-
ris. pagi. 12.

B.

DE Bachalaureandis in communi.
pag. 43.
De Bachalaureandis in Theologia.
pagi. 44.
De Bachalaureandis in Artib⁹ pag. 44.
De Bachalaureandis in Iure Canonico.
pag. 45.
De Bachalaureandis in Iure Ciuili.
pag. 46.
De Bachalaureandis in Medicina.
pag. 46.
De Bachalaureandis in Chirurgia.
pag. 47.

C.

DE Contendentibus, & rixantibus
extra iudicium. pag. 9.
De Consilio, & Consiliarijs. pag. 12.
De Claustro Doctorum eiusq; iurisdic-
tione. pag. 20.
De Conseruatoria, & officio Conser-
uatoris. pag. 37.
De Cursibus, & eorum probatione.
pag. 41.
Ceremonial de la Vniuersidad pag. 69.
Conclusiones. pag. 70.
Colacion. pag. 74.
Consejos. pag. 78.
Cuentas de la Vniuersidad. pag. 79.
De los Cursos, y de señalar Lecturas.
pag. 82.

D.

DE Dispensationibus, & primo de
non dispensandis, nec remittendis
iuribus Caxæ. pag. 23.

De Doctorandis in genere. pag. 58.
Doctorados. pag. 75.
Doctores Iurados, o Iusticia. pag. 77.

E.

DE Electione Rectoris, eius qualita-
te, tempore, & forma in electione
seruanda, & iuramento per eum pre-
stando. pag. 1.
De Excubijs, & Vigilijs Rectoris.
pag. 8.
Entierro de Doctores y Estudiantes.
pag. 80.
Excepciones de votos. pag. 84.
Estatuto del Edicto de San Lucas.
pag. 85.

F.

Festa mobilia. pag. 39.
Fiestas de la Vniuersidad. pag. 80.
Forma de dar puntos. pag. 83.

G.

DE Generalibus Statutis. pag. 60.
De Grammatica, & illius prece-
ptoribus. pag. 63.

H.

Horas en que se leen las Facul-
tades. pag. 82.

I.

DE Iurisdictione Rectoris. pag. 7.
De Iuribus, & Salario Rectoris.
pag. 11.
Immobilia festa. pag. 40.
De Incorporandis. pag. 55.

L.

DE Licentiandis in Genere. pag. 47.
De Licentiandis in Theologia.
pag. 50.
De Licentiandis in Iure Canonico.
pag. 52.
De Licentiandis in Iure Ciuili. pag. 52.
De Licentiandis in Medicina. pag. 52.
De Licentiandis in Artibus. pag. 53.
de

I N D E X.

De Licētiandis in vtroq; iure. pag. 56.
 Los derechos de Consejos, Arca Do-
 ctores &c. pag. 65.
 Licenciados pag. 72.
 Lugar dóde se tomã los votos. pag. 84.
 Lugar donde leen las liciones de opposi-
 cion. pag. 85.

M.

DE modo & forma conferendi gra-
 dus Licentiaturæ & Doctoratus
 in forma dignitatis. pag. 53.
 De Magistrandis in Artibus. pag. 57.
 Missas de la Cofadria. pag. 81.
 Muerte de Estudiantes. pag. 81.

N.

DE non dispensando in bonis Caxę
 pag. 10.

O.

DE Officio Rectoris. pag. 4.
 De Obligatione associandi Re-
 ctorem. pag. 8.
 De Officio Notarij Vniuersitatis.
 pag. 14.
 De Officio Cancellarij & iuramento
 per eum præstando. pag. 16.
 De Officio Notarij Cancellarij. pag. 22.
 De Officio Sindici. pag. 25.
 De officio Bedelli. pag. 27.
 De officio Thesaurarij. pag. 30.
 Orden que guardan los Cathedraticos
 en las Conclusiones. pag. 71.
 Opposicion. pag. 83.

P.

DE possessione per Rectorem ca-
 pienda & cõuiuis ab eodem fa-
 ciendis. pag. 4.
 De prohibitione armorum & facul-
 tate concedendi Guidaticum. pag. 8.
 De præsentatione Licentiandorum &

Doctorandorum in omnibus facul-
 tatibus. pag. 11.

De Priuilegijs & immunitatibus Vni-
 uersitatis Doctorum Magistrorũ &c.
 pag. 33.

De prohibita sifarũ solutione. pag. 36.
 Presidente Bachiller en las Conclu-
 siones. pag. 71.

Padres. pag. 75.

Possession de Rector. pag. 77.

Processiones. pag. 79.

Prouision de Cathedras. pag. 81.

Puntuacion. pag. 82.

Q.

Qui gaudeant Priuilegijs Vniuer-
 sitatis. pag. 35.

Qui sint censendi Vniuersitatis filij.
 pag. 36.

Quę festa obseruentur in Scholis. pa-
 gina. 39.

R.

DE Renuntiantibus iurisdictioni Re-
 ctoris. pag. 9.

De Rectore Licentiando. pag. 10.

S.

DE Sede & loco Rectoris officio
 perfuncti. pag. 11.

Del Salario de las Conclusiones. pa-
 gina. 72.

Salario de los Maestros en Artes pa-
 gina. 86.

Statuta de ordine & forma legendi &
 interpretandi in omnibus facultati-
 bus. pag. 87.

V.


Vbi debeant esse scripturæ & qui ha-
 bere debeant claues Archiui.

pagina. 39.

Visita de la Vniuersidad. pag. 85.

DE ELECTIONE RECTORIS, EIVS QUALI- TATE, TEMPORE, ET FORMA

in electione seruanda: & iuramento per eum
præstando.

I  *V* *M* plenius ibi sit
consulendū, ubi ma-
ius intenditur peri-
culū: statuimus, ut
qui deinceps sit in
Rectorē eligendus, præterquam quod
pro dignitate officij, reliquos vita
& morū grauitate antea debeat,
à quo tanquā à capite summa to-
tius gubernationis pendere videa-
tur, & clericus non coniugatus, &
in Iure Canonico, vel Ciuili sit Ba-
chalaureus. Aliterq̄ facta electio
sit irrita & inanis, ac pro nō facta
habeatur. Ceterum si in Rectorē
electus, electionem de se factam nō
acceptauerit, ad dictum officium ma-
neat perpetuò inhabilis. Quod si nō
reperiatur Bachalaureus cū supra
dictis qualitatibus, & nō alias, pos-
sint Doctores eligere aliquē ex Do-
ctoribus dictæ Uniuersitatis, in Re-
ctorem anni sequētis, qui suum offi-
cium exerceat sine salario Uniuer-
sitatis, quod singulis annis Rectori-
bus solui consuevit.

2 *I*tem statuimus, quod in Recto-
rem electus nō fungatur suo officio,
nisi per unum annum duntaxat, à

prima dominica mensis Junij, usq̄
ad primam dominicā alterius me-
sis Junij anni sequētis exclusiue cō-
putandum: nisi casu quo idem Re-
ctor in sequentem annum confir-
metur.

3 *I*tem statuimus, quod electio fu-
turi Rectoris anno quolibet fiat in
mense Martij: pro cuius celebra-
tione, Rector, siue eius locum tenens
conuocet Consilium Uniuersitatis
ad sonum Campanæ, precedente ta-
mē intimatione & notificatione om-
nibus Doctoribus & Magistris,
qui examē licentiandorum ingre-
diuntur per Bedellum sigillatim fa-
cta, per unum diem naturalē ante
quā electio fuerit celebranda. Do-
ctor vero, vel Magister, qui ad diē
præstitutū ad Consilium non acces-
serit, iusto cessante impedimēto: pri-
mi Licētiati propina mulctabitur:
dūmodo eidē diē prædictus fuerit
intimatus, super quā intimatione so-
lius Bedelli relationi standum est.

4 *I*tem, cum omne bonum desur-
sum sit descēdens à patre luminū:
statuimus ut mane eiusdē diei, in
quo electio fiat, in Schola, siue in

Aula

*Aula Juris Canonici celebretur
Missa de Spiritu sancto: qua per-
acta, exclusis ijs, qui Cōsilio interes-
se non possunt, in eodem proponatur
per Rectorē electio futuri: qua per
suffragia admissa, postmodum ponā-
tur nomina & cognomina omnium
& singulorum Doctorum & Ma-
gistrorum quinque Facultatū, Theo-
logia, scilicet, Iuris Pontificij, & Ca-
sarei, Medicina, & Artium ibidē
presentium & interessentium, qui-
bus fas est examen Licentiariorū
ingredi: eaque scribantur in singulis
schedulis pergameni, includaturque
in singulis globulis cere, redolinis nu-
cupatis, quantitatis & magnitudi-
nis eiusdem, in peluimque hi cōiecti pā-
no lineo, vel alio quouis cooperian-
tur, ita quod à nemine videri queant.
Et coram omnibus Doctoribus &
Magistris predictis, per puerū a ta-
tis annorū sex, paulo plus, vel mi-
nus, brachio nudo de pelui sigilla-
tim extrahantur, Notarioque Vni-
uersitatis aperiendi tradantur, per
quem publicè nomina in dictis glo-
bulis inclusa legantur, quousque sin-
guli Electores, ex predictis singulis
facultatibus extrahantur ad eligē-
dum futurum Rectorem, ea demū
ratione, ut quinque sint Electores.
Quae quidem sic extracta persona,
prestato primum iuramento quod
nullum inierint pactum, seu pro-
missionē super electione futuri Re-
ctoris (inhabiles aliās iudicanda)
receptaque excommunicationis sen-*

*tētia à subconservatore, de eligēdo
in Rectorem, illum, qui vita, mori-
bus, & sufficientia ad officium Re-
ctoratus exercendum prater cate-
ros magis idoneus secundum Deū
& bonam conscientiam iudicabi-
tur. Exactis deinde, ac discedenti-
bus reliquis omnibus à Consilio &
dicta Aula, mox quasi actu conti-
nuo ad electionem soli procedant,
cum assistētia Notarij. Qui post ex-
tractionem neminem super futura
electione alloquantur: neque ab eadē
Aula egrediatur, nisi post perfectā
electionem. Rector igitur ab eisdē
electus in conformitate, vel ab eo-
rum maiori parte, in sequētem an-
nū omnino Rector habeatur. Quod
si aliquis in electione suffragiū non
prestiterit, per totum annum im-
mediatē sequentem ab omnibus li-
bertatibus, prerogativis, emolumē-
tis, & iuribus Vniuersitatis habeat-
ur extorris. Cuius quidem recusa-
tionem ceteri in Claustro, sub eadē
sententia excommunicationis, quā
in se receperūt, manifestare tenean-
tur. Deficientibus tamen Bacha-
laureis in Iure Canonico, vel Civili
qui possint eligi, vel eo qui electus
fuerit renuntiante: in casibus pra-
dictis, & eorum quolibet, statuimus,
quod possint eligere unū ex Docto-
ribus Iuris Pontificij, aut Casarei:
qui ita electus sit Rector anni sequē-
tis, prout in primo Statuto de electio-
ne Rectoris dicitur. Huiusmodi
autē electionem fieri volumus, vel
secun-*

secundum iuris cōmunis dispositio-
nem, vel per fabas albas, & nigras,
prout cōmodius videbitur Electo-
ribus. Quod si Electorum vota cō-
tigerit esse paria, & nō posse in unū
eos, aut maiorem ipsorum partem
conuenire: decernimus talem con-
tentionem sorte esse dirimendā: ita
quod nomina & cognomina Bacha-
laureorum, quorum fuerint paria
vota, & de quibus possit fieri ele-
ctio, in schedulis pergameni scri-
pta, & in redolinis cera, quantita-
tis & magnitudinis eiusdem inclu-
sa, & in peluim pāno lineo, vel alio
quouis ita coopertam, coniecta, per
Notarium Vniuersitatis extra-
bantur sigillatim: & ille habeatur
Rector, cuius nomē prius fuerit ex-
tractum, sublata Electoribus facul-
tate confirmandi in Rectorem illū,
qui tūc officium Rectoris governa-
uerit, nisi illa fuerit eidem per Cō-
siliū concessa: ita quod cōgregato
Cōsilio, si quemadmodum fieri solet
in dispensatione cursuū, tres, ex qua-
tuor partibus Cōsiliij vota sua pra-
stiterint, & consenserint, ut confir-
matio Rectoris fieri valeat, tunc
quinque Doctores Electores poterūt,
vel eligere aliquē Bachalaureum
de nouo, vel eundem Rectorem cō-
firmare. Si autem tres Cōsiliij par-
tes nō fuerint omnino eiusdē voti:
non possit fieri confirmatio, sed tan-
tū electio. Electus autem siue con-
firmatus in die capiendae possessio-
nis, teneatur se obligare mediante

instrumento publico Comanda, in
summam quingētorum scutorum,
pro restituendis scripturis, statutis,
& sigillo, quae eidem tradētur: alias
autē eidem possessio nō concedatur.
Facta itaq; obligatione predicta te-
neatur iurare in manibus Recto-
ris, seruare constitutiones & statu-
ta, iura libertates & priuilegia di-
ctae Vniuersitatis sub hac forma.

¶ Ego N. futurus Rector almae
Vniuersitatis Oscen. iuro, quod ero
fidelis sanctissimo domino nostro
P A P A E Romano, Regi nostro
Catholico, Vniuersitati Oscensi,
eiusq; Doctoribus, & quod seruabo
iura libertates, immunitates, priui-
legia, constitutiones, statuta, & lau-
dabiles consuetudines eiusdē. Nulli
secretum examinis, nec aliud quod-
uis per Consiliū, aut Claustrum
eiusdem mihi commissum quoquo-
modo reuelabo: & quod officiū Re-
ctoratus benē, & fideliter pro viri-
bus meis administrabo: negligentes
Cathedricos in suis lecturis cōhi-
bēdos curabo: studentes in dicta Vni-
uersitate, à quibusuis Iudicium &
aliarum personarum molestijs pro-
posse meo tuebor: discolos, & incorri-
gibiles, ne alios inficiāt, à dicta Vni-
uersitate exterminabo: & si qua no-
uerim eidē Vniuersitati nocitura,
illa dominis Doctoribus in Cōsilio,
vel Claustro, pro cuiuslibet negotij
qualitate nuntiabo: aliaq; omnia,
& singula, ad meum officium spe-
ctantia pro viribus exercebo, ita me

4.
Deus adiuet, & hac sancta qua-
tuor Evangelia.

De possessione per Re-

ctorem capienda, & conuiuijs ab eo-
dem faciendis.

1.  Statuimus & ordi-
namus, quod in Re-
ctore electus non pos-
sit esculenta munera
mittere Doctoribus,

sicut antea fiebat: neque in die sua
possessionis possit inuitare, neque inui-
tet, ad prandium se admittat, nisi
tantum Rectorem anni proxime elapsi,
& quinque Doctores Electores, No-
tarium Universitatis, Syndicum, &
Bedellum, sub pena quatuor libra-
rum Iaccensium, pro qualibet per-
sona, quae praeter hic nominatas fue-
rit ad prandium admissa, dictae Uni-
uersitatis arca soluendarum.

Teneatur tamen mittere cuilibet
ex Doctoribus Universitatis duas
libras vitulae in die proximo ante
possessionem.

De officio Rectoris.

1.  Statuimus, quod solus Re-
ctor, vel eius locumtenens
faciat conuocare, & con-
gregare Consilium Univer-
sitatis: & in eodem proponat illa su-
per quibus ibi fuerit agendum, dum-
modo tempore propositionis ad mi-
nus sint duodecim Doctores, aut
Magistri, aut Consiliarij, praeter-
quam in assignatis punctis, & praesentandis
Licentiandis, in quibus

actibus non requiritur numerus de-
finitus: salvo semper numero neces-
sario pro dispensationibus cursuum.
Et postquam per Doctores, Magi-
stros, & Consiliarios suffragia su-
per propositis praestita fuerint: ipse
Rector, siue eius locumtenens, & non
alius teneatur summare, summa-
timque referre determinationem ibi-
dem factam, sub pena decem flore-
norum arca applicandorum.

2. Item statuimus, quod dictus Re-
ctor, siue eius locumtenens non pro-
ponat in Consilio praesentationem cu-
iuscunque Licentiandi, nisi facto prius
deposito pecuniae necessariae ad sum-
ptus dicti gradus, sub pena soluendi
omnes expensas eiusdem licentiatu-
rae. Et praeter haec, soluat florenos de-
cem arca applicandos.

3. Insuper statuimus, quod Rector
Universitatis habeat penes se statu-
ta Universitatis, & sigillum: quae,
cum ipse suo officio perfunctus fue-
rit, aut alias illud vacare contige-
rit, Universitati restituantur.

4. Item statuimus, quod Rector Uni-
uersitatis faciat unum librum, in
quo scribat omnia & singula iura,
obventiones, & emolumenta, quae suo
officio durante ad arcam pertinue-
rint. Nec de quocunque scholari gra-
du Bachelareatus assumere vo-
lente, fidem faciat Cancellario, suos
cursus peregisse, nisi prius sibi costi-
terit, per albaranum Thesaurarij,
de sufficiency dicti Bachalarei de-
posito. Quae albarana per Rectorem
custo-

custodiantur, ut in die Cōputi clare appareat, quantum pecuniarum eo anno ad arcam peruenerit.

5. ¶ Item statuimus, quod Rector Vniuersitatis admittat probationē suam in qualibet facultate, iuxta formam Statutorum dictae Vniuersitatis, omnium & quorumcunque scholarium in matricula descriptorum, suos cursus probare volentium: illisque de dictis cursibus literas testimoniales cōcedat. Sed constet prius quod fuerint examinati iuxta formam Statutorum, antequam de Grammatica ad Facultates migrarent, atque transirent.

6. ¶ Item statuimus, quod si forsitan Rector fuerit requisitus super congregatione, & conuocatione Consilij: illud conuocare teneatur, & conuocet intra triduum à die requisitionis inclusiuē computandum, sub pœna decem florenorum arca applicandorum. Quo recusante id facere, conuocet Consilium Doctor antiquior in Iure Canonico, vel Ciuili requisitus, dummodo in continenti respondeat affirmatiuē, vel negatiuē requisitioni. Et si forte negatiuē responderit, requirantur alij Doctores eodem modo: & congregent Consilium respondens se congregaturū, sub pœna decem florenorum arca applicandorum: à quo tale Consilium congregetur intra unum diem naturalem post requisitionē. Quibus omnibus renuentibus alij Doctores aliarum facultatum pariter requi-

siti, & respondentes affirmatiuē, sub eadem pœna congregent Consilium pro sua antiquitate.

7. ¶ Item statuimus, quod si aliquis frivole requisierit Rectorem, aut antiquiorem Doctorem Juris Canonici, vel Ciuili, aut aliarum facultatum respectiuē, pro conuocando Consilio, ultra singulos solidos dari solitos Doctoribus & Magistris, Consiliarijs, & alijs personis de Vniuersitate, pœna decem florenorum arca applicandorum mulctetur. Frivola autem, vel non necessaria requisitionis indices erunt duo Doctores nominandi per Consilium: qui sub pœna amissionis propinae primi Licentiati in Consilio pronuntiare necessario teneantur, adiuncto eisdem Doctore antiquiore Juris Ciuili, aut Canonici, vel Theologiae, si conueniri non potuerint super qualitate requisitionis. Quorum sententia, siue eorum maiori parti standū esse decernimus: non obstantibus quibuscumque appellationibus, aut supplicationibus.

8. ¶ Item statuimus, quod Rector cōcedere volens literas testimoniales ad effectum gaudendi, utendi, & fruendi libertatibus immunitatibus, priuilegijs, & prerogatiuis dictae Vniuersitatis aliquibus Bachalaureis, vel scholasticis, nullo modo eas concedat Bachalaureis, qui anno presenti & praterito immediato non fuerint matriculati, & qui non sequatur actus Vniuer-

6.
sitatis, ut dicitur in Rubrica de Cōservatoria, Statuto secundo. Et similiter nō cōcedat eas scholasticis, qui non sint matriculati, vel qui actu non audiant praelectiones: super quo Rectoris cōscientiam oneramus.

9. ¶ Item statuimus, ut quotiescūq; Rector cum Iuratis Civitatis extiterit, vel inceserit in processionibus, aut alijs actibus publicis teneat locum ad manum sinistram Prioris Iuratorum: aliās nō vadat, nec sedeat cum eisdem, sub pœna centū solidorū arca soluedorum. Et quod Doctores, Magistri, & Studentes (si secus fiat) non comitentur eundem.

10. ¶ Itē statuimus, quod Rectori incumbat cōmendare alicui orationem habendam in principio studiorum: quae habenda, & recitanda sit ipso die sancti Lucae, post celebrationem Missae in Schola, siue Aula Iuris Canonici. A quo die & festo censeantur inchoata studia in sequentem annum: lecturasq; & horas iam in mense Septembri ipsis Doctoribus Cathedra-
ticis intimatas, postridie sancti Lucae, omnibus per Notarium Universitatis, tam in Scholis maioribus, quàm in Scholis Grammaticae, sed ibi cum Magistro maiore, notificari lectoribus, & per affixionē literarū ad valuas Scholarum maiorum publicari faciat. Et nullus, quicumq; ille sit, possit praelegere, nec lecturam aliquā

auspicari, sine licētia Rectoris. Nec aliquis qui non sit Cathedra-
ticus praelegat in concursu cū Cathedra-
ticis. Rectore vero non permittente aliquem legere: is adeat Cōsiliū, cuius est, vel concedere, vel dene-
gare licentiam praelegendi.

¶ Itē statuimus, quod Rector & 11
nemo alius provideat Edictū super Cathedris vacantibus, illudq; publi-
cari faciat, expensisq; Univer-
sitatis ad alias Univer-
sitates mittendū curet. Cathedra-
ticos (dum opus fuerit) vel cum duobus Doctoribus antiquioribus non Cathedra-
ticis, vel cum Assignatis Univer-
sitis visitet: & negligentes puniendos studeat.

¶ Itē statuimus, quod Rector ni- 12
hil proponat in Consilio, prater ea
quae concernunt uniuersalem sta-
tum Univer-
sitis, executionē &
obseruantiam Statutorum, pra-
sentationem Licentiandorum, aut
cursum dispensationem: nisi prius
illud cōmunicauerit cum duobus
Doctoribus, ad id per Consiliū an-
nis singulis postridie adeptae posses-
sionis Rectoratus deputadis. Si ve-
rò talia fuerint proponenda, q̄ pro
illorum executione, expēsas aliquas
de pecunia Caxa fieri sit necesse,
quae summā viginti librarum exce-
dant: illa non proponantur, nec Cō-
siliū conuocetur, nisi prius (sicut
pro Electione futuri Rectoris fieri
solet) omnes Doctores & Magistri,
per unum diem naturalem ante
Consi-

Consilium fuerint certiores effecti per Bedellum de illis. Et quod semel fuerit propositum in Consilio, amplius non proponatur, nisi de voluntate Consilij Vniuersitatis.

De Iurisdictione Re- ctoris.



Item Vniuersitatis Vniuersitatis Osceñ. tum per authenticam priuilegia, tam Regia, quam Apostolica, tum per antiquissimam eius consuetudinē, in hunc usque diē inuolabiliter obseruatam, tam longē lateq; pateat Iurisdictione, non solum in civilibus, verum et in criminalibus causis, in dictos Magistros et scholares, tã ecclesiasticos, quam seculares alibi graduatos, et in Doctores huius Vniuersitatis, ac in eadem incorporatos, in concernentibus tantum Cathedrã: ut ipsius decisioni standum sit necessario: Ideo statuimus et ordinamus, quod dictus Rector in omnibus causis, summarie simpliciter et de plano procedat: eiusq; dicto et sententiã, tanquam pacto inter litigantes inuito, siue sententiã arbitrariã, et laudo utriusq; emologato omni appellatione summotã cū effectu pareatur.

2 Item statuimus, quod Rector predictus, eos qui Iurisdictioni suã sunt subiecti, si in crimine deprehendantur, necnō pro alijs criminibus per eos cōmissis, alijsq; iustis et ra-

tionabilibus causis possit capere et restare, capi q; facere, et in carcerē conijcere per Bedellum, aut Syndicum dictã Vniuersitatis: et à carcere arbitrati suo, captos, ac restatos liberare. Ita ut in fraganti crimine ipse Rector, Syndicus, et Bedellus: et post criminis fragantiam, ad partis instantiã Rector, aut de mandato Rectoris, prefati Syndicus et Bedellus, scholares, aliasq; personas suã Iurisdictioni subiectas capere, captasq; in carcerem detru dere, aut ubi Rectori bene visum fuerit, restare possint, et valeant.

De absentia Rectoris:

Statuimus, quod si Rector a ciuitate Osceñi abesse contigerit: is possit, et valeat ante eius discessum unum Doctore in Iure Pontificio, vel Casareo, per Consiliũ approbandum in locũ suum substituere. Qui substitutus Rectoratũ pro eo regat et administret, durante absentia Rectoris, quamuis, neque per integrum annum redeat. Quod si absens fuerit, aut infirmus prefatus Rector, citra substitutionem, eo casu Doctor antiquior in Iure Canonico, vel Civili indiscriminatim, solum seruato ordine antiquitatis officium predictum administret, usquequo Rector conualuerit, vel redeat.

De

De Excubijs & Vigilijs

Reſtoris.

I Tatuiſmus, quòd licet Sindicus & Bedellus teneantur omnibus noctibus excubias facere, ſiue vigilare, & per Ciuitatē circumcuſſare: nihilominus tamen Reſtor Uniuerſitatis poſſit, ſi voluerit, circuire & circumambulare Ciuitatem de nocte, Sindico, & Bedello illum comitantibus: ſtudentesq; quos per vias & plateas vagantes repererit, domū ſe recipere, & ad ſtudēdum reuerti faciat: & ſi armati inceſſerint, ſublatis armis, capere, & in carcerē detrudere, de ipſisq; armis ad libitum ſuę volūtatīs diſponere valeat. Decernentes tamen, quòd ubi Reſtor pernoctare, excubiasq; facere voluerit, illud notiſicet Iuratis, aut Juſtitie Ciuitatis, aut alij cuius regio Officiali, quorū ſocietate tutius, ſecuriusq; valeat circumcuſſare.

De prohibitione armorum,

& facultate concedendi Guidaticum.

2 Tatuiſmus, quòd nullus ſtudentis, nec de Iuriſdictione Reſtoris deferat arma interdum, cuiusmodi ſunt enſes, ſica, tormēta manuaria, ſiue Piſtoletes, intra muros Ciuitatis, ſiue expreſſa licētia & Guidatico Reſtoris: quā

facultatē non cōcedat Reſtor cuius, ſed viro probatę vitę, & cum cauſa cognitione, conſtituto ſibi, quòd non vult illa deferre animo cuiquā nocendi, ſed ſeipſum tuendi, & defendēdi: præſtita per eum cautione idonea ante Guidatici conſeſſionē. De nocte verò illis tātum fas ſit enſem deferre, qui, vel Reſtorem, vel aliquem Doctore, aut honeſtas feminas ad domum ſuam redeuntes, vel aliās pro alicuius negotij neceſſitate illas comitentur.

De obligatione aſſociandi Reſtorem.

I Tatuiſmus, quòd omnes Bachalarei & ſtudentes in hac Uniuerſitate teneantur aſſociare & aſſociant Reſtorē eiūſdē in omnibus actibus ſcholasticis, & feſtiuitatibus, quę ſolent Uniuerſitatis nomine celebrari: & in omnibus Proceſſionibus, quibus debet Reſtor pro Uniuerſitate intereſſe eundo, redeūdo, & ſtando, in dictis actibus & proceſſionibus: dummodo per Bedellū nomine Reſtoris eiſdem fuerit intiſmatum, quā hora, & loco voluerit Reſtor illos conſuere, & cōuenire, ſub pœna præſtiti iuramēti, ac duorū ſolidorū Caxa applicādorū. In diebus verò ſanctorū Luca, Nicolai, Catherina, Lucia, præter ſcholares, Doctores omnes & Magiſtri ordinarię legentes, vna cū Reſtore Miſſę intereſſe teneantur, ſi in ſcholis

lis celebretur: si verò extra Scholas huiusmodi festa celebrentur, nõ te- neantur associare Rectorẽ, Docto- res & Magistri ordinariẽ legẽtes: obligabit tamen Iurisdictioni sua subiectos tantum.

2 **I**tem statuimus, quòd in proces- sione corporis Christi, omnes Docto- res, Magistri, & scholares associẽt Rectorẽ: Doctores, scilicet, ac Ma- gistri, cũ suis insignib⁹ doctoralibus: & similiter in festo Purificationis beatæ Mariæ. In processione cor- poris Christi, deferant cereos albos Vniuersitatis, distribuãturq; inter Doctores & Magistros tantum, quinquaginta solidi, de bonis Caxæ, æquis portionibus: suãq; recipiat Re- ctor, licet non sit Doctor, & Bedel- lus. In die verò Purificationis, de- tur singuli cerei vnius libræ, singu- lis Doctoribus & Magistris Pro- cessionis cũ suis insignibus interesse- tibus: Rectoriq; detur cereus sexde- cim unciarum: Cathedraticis ta- men non Doctoribus, Sindico, Be- dello, & Notario, unicuiq; illorum, detur cereus sex unciarũ. Totã di- stributio, tam in die corporis Chri- sti, quàm in festo Purificationis, de- tur solum interessentibus cum suis insignibus, & non alijs, neque alijs.

De renuntiantibus Iu- risdictioni Rectoris.

1 **Q**uoniam sæpẽ cõtingit, stu- dentes, & iurisdictioni Re- ctoris subiectos, Vniuersita-

9.
tis statuta & ordinationes pro libi- to voluntatis interpretari, iurisdic- tioniq; Rectoris renuntiare, in gra- ue damnum, & evidens præiudiciũ eiusdem: ideo statuimus, renuntia- tiones huiusmodi, & interpretatio- nes quomodolibet factas, & facien- das de cætero nullas esse & inuali- das. Atque ideo renuntiationibus præfatis non obstantibus, Rector de- beat iudicare & punire, iudicet atque puniat, secũdum qualitatem delicti, omnes & quoscunq; studẽ- tes, & iurisdictioni sua subiectos, quomodocunq; & qualitercũque iurisdictioni prædictæ renuntiantes.

De contendẽtibus & ri-

xantibus extra iudicium, tam Ciuili- ter, quàm Criminaliter.

Um inter omnia bene, bea- tẽque instituta Vniuersita- tis bona, potissimum sem- per fuerit, & nunquam satis lau- datum pacis vinculum: & à con- gregationibus virorum literatorũ meritò quodcũque genus dissensio- nis & contentionis sit procul exter- minandũ: idcirco statuimus & or- dinamus, quòd Rector Vniuersita- tis, omnes, & quoscũque extra iudi- cium quomodocunq; contendere, & rixari nouerit, illos debitis iuris remedijs, etiam per mobilium bo- norum pignorationem, ac persona- rum captionem cogat, ut cõtentio- nem ipsam in eius arbitrium & vo- luntatem cõferat, ac dimittat: quip-
b pe

pecum ad eum spectet, huiusmodi iurgia componere, litesq; dirimere, pacemq; inter eos omni appellatione, prouocatione, supplicatione, & quarela postpositis conciliare.

De non dispensando in bonis Caxæ.

Statuimus, qd Reſtor, quauis Doctor ſit, ſuffragiū in Cōſilio nullū habeat, niſi in caſu paritatis, aut in alijs per Statuta determinatis. Et quauis ſemper in Cōſilio preſidere debeat, nec poſſit mādare ſoluere aliquid de bonis Arca, ſine voluntate Cōſilij, aut expreſſa cōmiſſione illius. Neque in eodē tractari poſſit, facultas uē concedi, ſeu cōmiſſio, expendendi de pecunia Arca, ultra quatuor cētōs ſolidos, nec pro mittēdis Nuntijs, uel Ambaſiatoribus, nec pro interpretatione Statutorum, deq; eorū ualiditate, aut inualiditate tractanda: ac tādem neq; pro Sindici, Notarij, & Bedelli prouiſione, aliorūq; officiorum quorūcūq; Cōſilium à Reſtore congregari ualeat, quin prius per diem unū naturalem in omnibus caſibus ſupradictis, id intimari faciat, per Bedellum omnibus Doctoribus & Magiſtris in hac Uniuerſitate graduatis & incorporatis, per domos ſuas, ſub pœna quinquaginta ſolidorum Caxæ ſoluentium. Decernētes præterea quicquid ibi factum fuerit irritum eſſe & inane, ac omnino infectum.

De Reſtore licētiando.

Statuimus, quòd ſi Uniuerſitatis Reſtor uoluerit licētiari, teneatur lectiones publicas habere, uel ſuſtinere Cōcluſiones, præſertim ſi fuerit in hac Ciuitate natus. Et ſi forſan Cathedricus extiterit, Cathedramque per duos, aut tres annos prælegerit: tūc in optione illius ſit, publicas prædictas, aut Concluſiones habere, ac tueri, aut ſaltim repetitionem aliquā de ſua leſtura facere, uel eas redimere: cum in tali caſu ſatis ſuperque conſtet de eius ſufficiētia. Quod in Reſtoribus tantum locum habere uolumus. In Cōſilio tamē, ubi Reſtoris licētiandi præſentatio ſit, nihil aliud proponatur: ſicuti neque in die electionis Reſtoris, aut poſſeſſionis de alia re tractari poſeſt.

Itē ſtatuimus, quòd Reſtor licētiandus ſtatim poſt peractum examen, in eadem Aula examinis ſumat gradum licētiæ, illumq; publicare, & ei dare teneatur Cancellarius, propter officij dignitatem & præſtātiā. Quod etiam locum habere uolumus in filijs huius Ciuitatis etiam non Reſtoribus, in Canonicis Cathedralis Oſcēn. & in his qui graduātur in forma dignitatis, iuxta Statutū ſuper hoc editū. Quod ſi uoluerit Reſtor in forma dignitatis licētiari, id facere liberē poſſit.

De presentatione licen-
tiandorum & doctorandorum in om-
nibus facultatibus.

Statuimus q̄ Pater
licentiandi, vel Do-
ctorandi illū tenea-
tur prius presentare
Rectori & Consilio,
& postmodum presentet eum Can-
cellario. Rector vero etiam si Do-
ctor non fuerit, in examine cuiusq̄
licentiandi, quanuis non sit Procā-
cellarius interesse poterit, etiam tē-
pore quo prestantur suffragia: qua
ipse Rector non prestat, nisi fuerit
Doctor illius facultatis, in qua sit
licentiandus.

De sede & loco Recto-
ris officio perfuncti.

Statuimus, quod perfun-
ctus officio Rectoris per
unum annum integrum
tantum immediate sequē-
tem, tam sedendo, quam incedēdo,
& in suffragiis prestandis, habeat
locum prope Rectorē, inter Docto-
res & Magistros, dummodo sit Do-
ctor ad latus sinistrum Rectoris: ea
demū ratione, quod eius primus lo-
cus & suffragium existat, ante om-
nes Doctores & Magistros, in
memoriā pristina dignitatis. Quod
intelligi volumus, Cancellario non
existente: nam eo presente, Recto-
ratu perfunctus tenebit latus sini-
strum Cancellarij.

De iure
A quo debeat sumi gra-
dus Bachalaureatus.

Statuimus, q̄ Bachalau-
reatus in iure Canonico,
vel Ciuili gradum sumat
à Rectore Vniuersitatis, sub pœna
decem florenorum Arca soluendo-
rum. In Theologia vero, Medici-
na, & Artibus, ac Chirurgia à Cā-
cellario: factō prius examine, & re-
latione admissionis, prout infra di-
cetur. Eidem pœna subiacere volu-
mus Notarios interessentes, & lite-
ras expedientes super actu, aliter
quam disponitur celebrato.

De Iuribus & salario
Rectoris.

Statuimus, q̄ Rectori Vni-
uersitatis anno quolibet de-
betur de pecunia Vniuersi-
tatis ducenti solidi, dummodo non
sit Rector cōfirmatus, aut Doctor
electus. Pro sigillo literarū Bacha-
laureatus illarum facultatum in
quibus confert gradū, quinque so-
lidi: & pro sigillo literarū testimo-
nialium tres solidi.

Item statuimus, q̄ absente Cā-
cellario, non relicto locū tenente, vel
officio Cancellarij vacante, in eius
locum ipso facto cēseatur suffectus
Rector Vniuersitatis: qui interea
conferat omnes gradus indifferen-
ter, aliosq̄ omnes actus faciat, quos
faceret Cancellarius, si presens es-
set. Quo casu salarium debitū (ā-

12.
 cellario diuidatur inter Arcā &
 Rectorem aq̄uis portionibus. Sala-
 rium tamen Rectoris pro quolibet
 licentiando sint duo floreni, & dimi-
 dia pars Cancellariatus, in absen-
 tia, aut vacantia dicti officij, si nō
 fuerit Doctor: quōd si Doctor fue-
 rit, præter dictum salarium, suam
 integram recipiat propinam, sicuti
 & ceteri Doctores facultatis Con-
 fitura, tamen, semper illi datur, siue
 sit, siue non sit Doctor.

De Assessore Cōserua-
toris.

In curia Cōseruatoris
 causa in infinitum non pro-
 tēdantur, ordoq; ab Vniuer-
 sitate prescriptus ad unguem serue-
 tur. Statuimus, q̄ unus Doctor sit
 Assessor ordinarius in præfata cu-
 ria Cōseruatoris, cui pro salario cē-
 tum solidi annuatim soluantur: qui
 nominetur à Cōsilio in principio an-
 ni. Non tamē propter hoc tollitur
 auctoritas Rectoris, qui poterit, cū
 sibi libuerit, officium etiam Assesso-
 ris ordinarij exercere. In causis ta-
 men excedentibus mille solidos, vo-
 lumus alios duos Doctores in Cōsi-
 lio nominādos per turnum: & si ne-
 gotij qualitas postulet, plures etiam
 cum dictis duobus, & Rectore fore
 & esse Assessores: ut declaratur in
 tit. de officio Cōseruatoris.

De Consilio & Consi-
liarijs.

Statuimus, quod soli infra
 scripti & nō alij sint & ha-
 beantur pro Cōsiliarijs hu-
 ius Vniuersitatis, nempe omnes Do-
 ctores, & Magistri in hac Vniuer-
 sitate graduati, seu incorporati, nec
 non omnes Cathedratici ordinarij
 facultatum Theologiae, Iuris Cano-
 nici & Civilis, Medicinae, & Ar-
 tium. Et insuper octo illi Cōsiliarij
 annuales, qui in die possessionis Re-
 ctoris, ab utroque Rectore antiquo
 & moderno nominari solent. Licē-
 tiati verò, aut si qui alij Cathedra-
 tici per astatē conducti fuerint, vel
 Cathedrarū substituti, non sint Cō-
 siliarij. Præter hic enumeratos Sin-
 dicus, etiam sit ordinarius Consi-
 liarius.

Item statuimus, q̄ electio octo Cō-
 siliariorū eligendorū, & nominādo-
 rū in die possessionis Rectoris, fiat à
 duobus Rectoribus, ita q̄ antiquior
 eligat quatuor, & modernus alios
 quatuor, & neuter illorum plures.
 Quæ Cōsiliariorū electio fiat per na-
 tiones & facultates: ita q̄ ex illis
 octo, unus sit huius civitatis filius,
 duo regni Aragonū, duo regni Na-
 uarra, unus regni Valentia, unus
 regni Cathalonie, alius verò regni
 Castella, aut aliorum regnorum, seu
 nationum. Et in qualibet quinque
 facultatū nominetur saltem unus
 Cōsiliarius ad id habilis iuxta sta-
 tata Vniuersitatis. Curent tamē
 Rectores, ut seruatis seruādis sem-
 per eligant Consiliarios aptiores &
 Uni-

Uniuersitati commodiores.

- 3 ¶ Item statuimus, qd Consiliarius sit ad minus, et atis viginti annorū completorū: Et qd sit matriculatus in libro matricula Rectoris prateriti, Et qd sit Bachalaureus Et non simplex scholasticus, nisi in defectū Bachalaureorum illius facultatis, pro qua erit Cōsiliarius. Et qui semel fuerit Cōsiliarius, non possit iterū ad id assumi, nisi per duos annos à tali munere vacauerit. Et qd talis nulli seruiat, nisi fuerit sacerdos, vel saltim habitu clericali (quem vulgò manteo vocant) fuerit ordinariē indutus.
- 4 ¶ Itē statuimus, quod si defuerit Consiliarius alicuius nationis, qui secundum statuta Et leges Uniuersitatis eligi non possit pro tali natione, tunc in locū illius eligatur alius ex nostro Aragonum regno, per omnia habilis ad Consiliarij officium. Et similiter si nō fuerit Bachalaureus, vel scholasticus in aliqua facultate, qui iuxta legis prescriptū, sit ad Consiliū idoneus: tūc Rectores ad inuicem eligant unum Bachalaureū, vel scholasticū respectiue alterius facultatis: qui pro illa facultate sit Consiliarius. Et similiter in qualibet facultate, in defectum Bachalaurei idonei (Et non alias) eligatur scholasticus alterius facultatis.
- 5 ¶ Itē statuimus, qd nullus audeat intrare Consilium cum armis, sub pœna decem solidorū pro qualibet

vice, Et alijs pœnis arbitrio Rectoris Et quinque Doctorū antiquiorum omnium facultatum imponēdis. Qui autem in Consilium portauerit ignea arma, scilicet, Arcubuzū, Scopeta, Pedernal Et c. sit perpetuo ab Uniuersitate exclusus. Hoc autem teneatur declarare Rector in Consilio, postquam sibi constiterit, dummodo sibi constet intra mēsem.

6 ¶ Item statuimus, quod quilibet Doctorū, Cathedraicorū, Et aliorum Consiliariorū, qui Consilio interfuerit, teneatur dare votū suū, sub pœna viginti solidorū. Rector insuper teneatur in Consilio resumere Et resolvere acta illius Consilij, sub pœna decem florenorū Arca applicandorum.

7 ¶ Item statuimus, quod si aliquis Canonicus Sedis Osceñ nō Doctor, fuerit Cathedraicus, aut unus ex illis octo Consiliarijs, suffragiū præstet in Cōsilio post Doctores Et Magistros, ante alios Cathedraicos nō Doctores Et Consiliarios: si autem fuerit Doctor, sedeat iuxta suā antiquitatem.

8 ¶ Item statuimus, quod si in Cōsilio agatur de re graui, qua secretū requirat: si per maiorem partē Cōsily decretum fuerit, ut illius rei secretū seruetur: illud omnes, sub pœna prestiti iuramēti seruare teneantur. Quod si aliquis violauerit, contra eum, tanquam cōtra periurum procedatur.

14.
9 Et ut res omnes maturius ordinētur, meliusq; disponantur, & omnium vota clarissime intelligantur. Statuimus, ut omnes sua praestent suffragia per ordinē antiquitatis, verbo, nisi petantur faba, etiam ab uno duntaxat pro votis ferendis, super re proposita, quae decidenda sit in Cōsilio: dūmodo reducibilis sit res ipsa ad affirmationem & negationē tantum. Et dum aliquis votum suum praestando loquitur, ceteri sileant & audiant. Quod si aliquis semel monitus id non obseruauerit: pro quolibet vice, qua interruperit alterius votum, soluat quinque solidos Arcae irremissibiliter applicandos. Quod si fuerit Doctor, procedat contra eum Cancellarius cum suis coniudicibus, ut fieri solet contra Doctores delinquentes. Si verò sit alius, scilicet Cathedralicus, vel Consiliarius, puniatur arbitrio Rectoris, quia est de eius Iurisdictione.

10 ¶ Item statuimus, quòd quando cunq; Rector Consilium conuocauerit ad instantiam & petitionem alicuius petentis gradum aliquem, vel dispensationē, vel aliquid aliud agendum: tunc sumptibus petentis dentur singuli solidi singulis existentibus in Cōsilio. Sed si pro rebus Uniuersitatis Consilium conuocari cōtigerit, praedicti solidi de bonis Arcae soluantur: dum tamen per annū de bonis Arcae duodecim tantum Consilia, seu Consiliorum congregationes persoluantur. Curent itaq;

Rectores Consilium conuocare ita, ut si fieri possit, dicti sumptus Uniuersitatis excusentur: curent praeterea Consiliū congregare in diebus, quibus seruetur Assuetum in hebdomada, aut in festiuitatibus, diebusq; feriatis, ne ratione Consilij lectiones interrumpantur.

¶ Item statuimus, quòd si aliquid in Cōsilio semel fuerit propositum, non possit durante illo anno Rectoratus, iterum in Cōsilio proponi, nisi de voluntate & consilio duorum Cōsiliariorū, qui Rectori pro huiusmodi casibus annuatim assignantur: vel nisi maiori parti Cōsilij iterum videatur proponendum.

De officio Notarij Uni uersitatis.

¶ Statuimus, quòd Notarius Studij sit obediens domino Rectori, eiusq; mandata adimpleat: teneaturq; eum associare, quoties sibi per illum fuerit iniunctum. Quod si recusauerit, puniatur arbitrio Rectoris, quia est suae Iurisdictionis.

¶ Itē statuimus, quòd Notarius teneatur conficere & recipere omnia acta, reliquasq; scripturas facientes pro Uniuersitate Studij, officiumq; Rectoris cōcernentes: & interuenire in Cōsilio Studij, ibiq; scribere summas, Cōclusiones, & Determinationes Consiliorū, ceteraq; omnia, quae ibi ordinabuntur, gratis & sine salario aliquo: & actitare Processus,

cessus, coram domino Rectore inter studentes, vel alios: pro quibus non accipiat nisi quinque solidos pro quolibet processu, si questio, vel petitio non excesserit summam centum solidorum. Quod si excesserit dictam summam, vel sit processus criminalis, stetur taxationi domini Rectoris.

3 ¶ Statuimus praterea, quod Notarius qui est, aut pro tempore fuerit, singulis annis teneatur unum conficere quaternum, seu registrum omnium summarum Consilij: in quo continantur omnia et singula, quae in Consilijs illius anni fuerint determinata. Illudque tradat in Consilio, quo nominantur Computatores: ut in die, quo reddet copota Thesaurarius inspiciantur et recolantur per Doctores et Magistros, qui redditioni Compotorum, et rationum interfuerint, gesta illius anni. Quod si dictum librum non tradiderit, poena centum solidorum Arca Universitatis applicandorum, ipso facto incurreda mulctetur. Et liber, seu registrum praedictum relinquatur in Arca, ubi sunt caetera scriptura Universitatis.

4 ¶ Item statuimus, quod teneatur associare Syndicum in actibus suis et Studij: et conficere omnia instrumenta necessaria, pro quorum omnium salario habeat sexaginta solidos, si in his quae ad officium suum spectant, strenue se gesserit. Quod salarium, sicuti et quae alijs personis

Universitatis de bonis Arca dantur, solvatur per festum Nativitatis Domini nostri.

¶ Item, quod teneatur facere chartas Bachalaureatus Iuris Canonici et Civilis, et pro qualibet charta habeat viginti solidos: et suis sumptibus ponat omnia requisita ad chartam. Cuius litera et characteres, aliaque requisita sint optima arbitrio Rectoris: quod si talia non fuerint, eiusdem Notarij sumptibus Rector aliam chartam scribere faciat.

¶ Item, quod de cuiuslibet capti liberatione, et solutione cuiuslibet Arresti, habeat sex denarios. Et si aliquem actum, seu instrumentum confecerit, circa incarceratos, solvatur eidem pro labore, iuxta taxationem Rectoris.

¶ Item, quoties fuerit impeditus aliquo iusto impedimento, vel a Civitate recedere voluerit, intimando prius hoc Rectori, teneatur loco sui alium Notarium aequae idoneum substituere, ac dare: cui nihil a Thesaurario solvendum sit.

¶ Item, statuimus et precipimus, quod nulli possit chartam Graduum dare, nisi prius Arca Studij salarium suum fuerit solutum.

¶ Item, quod quotiescunque convocabitur Consilium, teneatur statim venire, vel alium loco sui mittere (ut dictum est superius) sub poena quinque solidorum, aliisque poenis arbitrio Rectoris infligendis.

¶ Item, quod nihil exigat a Rectore, pro

pro chartis sua Licētiatura & Do-
ctoratus in hac Uniuerſitate, niſi
tres ſolidos cum dimidio pro quali-
bet charta, pro ſolutione pergame-
ni, chordula ſerica, & capsula.

11 ¶ Item, q̄ teneatur associare Re-
ctore, ſeu eius locumtenentē in die-
bus & vesp̄is ſanctorū Luca, Ca-
therina, Lucia, & Nicolai: & ſer-
uare ſtatutum nouū ſituatum ſub
Rubrica de Statutis generalibus.

12 ¶ Item, q̄ Notarius ſcribat om-
nes matriculatos, eosq̄ iureiurādo
aſtringat ſuper obedientia præſtan-
da domino Rectori: accipiatq̄ ſex
denarios pro quolibet ſtudente, &
alios ſex reponat in capsula, quā pe-
nes ſe retineat Notarius toto tem-
pore matricule. Quo finito illā tra-
dat Priori Confraternitatis Uni-
uerſitatis, ad cuius utilitatē pecu-
nia illa expendatur. Ab hac tamen
ſolutione pauperes ſint immunes. Et
in matricula ponatur dies in quo
deſcribuntur. Et ubi à Gramma-
tica ad alias facultates quis aſcē-
dit, nō admittatur, niſi cum cedula
examinis, neque illius curſus pro-
bet. Et in præfato libro matricula,
ſcribatur primo anno, quo ad ſupe-
riorem facultatem aſcēdit, admiſ-
ſum fuiſſe cum tali cedula exami-
nis, vel à domino Rectore, vel ab
examinatore per ipſum creato fa-
cta.

De officio Cācellarij, &
iuramento per eum præſtando.

Statuimus, quòd Cancellarius
antequā ingrediatur
poſſeſſionē ſui officij, aliquē
vè actum exerceat, iuret in poſſe &
manibus Rectoris Uniuerſitatis in
Conſilio, ſe ſeruaturū fideliter Sta-
tuta & Leges Uniuerſitatis. Et
ante præfatū iuramētum, neque ei
tribuatſe poſſeſſio, nec habeatur pro
Cācellario. Tenor autem iuramēti
preſtandi eſt huiusmodi.

Ego N. futurus Cācellarius, vel
Magiſter Scholæ alma Uniuerſita-
tis Oſcen. iuro, quòd ero fidelis Ro-
mano Pontifici, eiusq̄ ſucceſſoribus:
Regi noſtro catholico, Uniuerſita-
ti Oſcen. eiusq̄ Rectori & Docto-
ribus. Obſeruabo iura, libertates,
immunitates, priuilegia, conſtitutio-
nes, ſtatuta, & laudabiles conſuetu-
dines eiſdem. Nulli ſecretū exa-
minis, vel aliud quoduis per Clau-
ſtrū, ſeu Cōſilium eiſdem mihi in-
iūctum quoquomodo reuelabo. Offi-
cium Cancellarij pro viribus admi-
niſtrabo. Omnes Magiſtros & Do-
ctores Uniuerſitatis, à quibus ſuis iu-
dicum, & aliarum perſonarum mo-
leſtijs pro poſſe meo tuebor. Et ſi
que nouerim eidem Uniuerſitati,
eiusq̄ perſonis nocitura, Doctori-
bus in Clauſtro reuelabo. Aliaq̄
omnia & ſingula ad meum officiū
ſpectātia totis viribus exercebo, ita
me Deus adiuet, & hac ſancta
quatuor Euangelia.

¶ Item ſtatuiſe, quòd ſi Ma-
giſter Scholæ, aut mortē obierit, aut
absens

absens fuerit, nō relicto locum tenēte, tunc ipso iure officium Cancellarij pertineat ad Rectorem Uniuersitatis. Emolumēta autem iura, & prouentus Cancellarij, eius officio vacante, vel per mortē, vel per absentiam, inter Rectore & Arcā Uniuersitatis aequaliter diuidantur: ut in Statutis sub Rubrica de officio Rectoris continetur.

3 *R. d. r.* Item, quod Cancellarius nulli Bachalaureatus gradū cōferre possit, quin prius graduandus presentatus fuerit Rectori, & a Doctoribus eiusdē facultatis examinatus, iuxta Statuta graduandorū in illa facultate, & a maiori parte Doctorū admissus. De qua presentatione, examine, & approbatione constare debet Cancellario per instrumentū Notarij Cancellarij: qui huiusmodi actibus interesse debet: & per relationem Rectoris, eiusq; Notarij, in ijs, quae Rectorē concernunt. Et constituto sibi de praemissis, ad postulationem patris conferat gradū laureando, conformādo se in omnibus, & per omnia Doctoribus examinātoribus.

4 *R. d. r.* Item, quod sicuti de antiquo huius Uniuersitatis more sancitū est, stabilimus, quod Cancellarius conferat gradus Bachalaureatus in Theologia, Medicina, Chirurgia, & Artibus tantum: non tamen in Iure Canonico, ac Ciuili: tales enim gradus solet conferre Rector.

5 Item statuimus, quod in confe-

rendo licentiatu & gradu seruetur per Cancellariū hic ordo. Post die presentationis in Consilio facta, fit per Patrem presentatio licētiandi Cancellario, presente Notario Uniuersitatis, qui refert Cancellario de praedicta presentatione: postulatq; Pater admissionem ad rigorosum examen subeundum: tunc rogat Cancellarius Notariū, an cōstet de requisitis: & Notario annuente, admittit presentatiōē, praefinitq; diē & horā ad suscipienda puncta. Sequenti uero die, curet Cancellarius quod hora praefixa, sine mora, ordine iam aliās noto pūcta designentur: quae in Capitulo Sedis Osceñ. dari debent, de huius Schola antiqua cōsuetudine: nisi aliud ex causa Consilij Uniuersitatis decreuerit. Primumq; punctum à nouissimo, secundum uero ab antiquiore ingredientium examen Doctore prebeat. Cancellarius tamen diligenter praecaveat, provideatq; ne in his dolus fraudis uel aliqua uersetur. Die autē sequenti, à Domo Cancellarij ad Scholas maiores suo ordine procedunt: ubi postquam ingressi fuerint Aulā examinis, tenetur seruare Cancellarius ea omnia, quae de consuetudine huius Uniuersitatis inueterata seruari consueuerunt. Singulartiter tamen statuimus, qd clauso semel ostio, non possit aperiri, neq; etiā ad lumen recipiendum, donec fuerit examen finitum. Quo peracto, si Cancellarius fuerit Doctor in illa c facul-

facultate, in qua examen celebratur, habebit votum, sicut quilibet alius Doctor. Si vero Doctor illius facultatis non fuerit, suffragium non praestet, nisi in casu paritatis: quando scilicet, Doctorum vota aequaliter in duas diuersas partes fuerint diuisa: quo casu poterit cui voluerit parti suo voto adherere. Et quocumque modo fiat, semper tenetur gradum conferre secundum vota maioris partis Doctorum. Post prestita suffragia, vocatur Notarius Cancellarij: cui ipse Cancellarius notificat gradum & titulum licentian-di: qui statim ingreditur cum Patre, & manibus super Crucem in Claua Uniuersitatis positus, Cancellarius sumit ab eo iuramentum, quo astringitur Primo, se non venturum contra officium Cancellarij, nec Rectoris: neque contra ipsam Uniuersitatem. Secundo, de non reuelando quocumque modo secretum examinis. Tertio, quod si Doctoratus gradum sit suscepturus, illum in hac Uniuersitate, & sub eodem Patre suscipiet. Quarto & ultimo se Decreta Concilij Tridentini fideliter obseruaturum. Quibus peractis, si contigerit, Rectorem Uniuersitatis gradu hoc licentia insigniri, vel Canonicum Sedis Osceñ. vel filium huius Ciuitatis, vel alium quemuis in forma dignitatis licentiarum: antequam ab Aula exeant, Cancellarius teneatur eis titulum & gradum licentiarum praebere. Alijs vero quibuscumque pra-

ter hic enumeratos, titulum praefatum sequenti die conferat, ubi Cancellarius voluerit. Exeuntes ab Uniuersitate eodem ordine quo uenerunt, omnes comitantur Cancellarium: eoque domi relicto, comitentur Rectorem ad domum suam: quo ibidem relicto, laureatum ad domum suam, vel Patris sui (si ipse Licentiatum in hospitio communi manserit) comitentur.

¶ Item statuimus, quod Cancellarius non possit titulum, seu gradum Doctoratus alibi conferre, quam in Sede Osceñ. ubi sunt ritus & caeremonia illius gradus coram omni populo: nisi a Consilio Uniuersitatis ex causa alius locus ad dictum effectum eligatur. Tunc enim Cancellarius decretis Consilij obsequatur. Bacha-laureis tamen, ubilibet poterit gradum conferre.

¶ Item statuimus, quod Cancellarium teneantur omnes Doctores facultatis associare togati, more solito, tandem itur a domo Cancellarij ad Sedem Osceñ. ad puncta designanda, quam etiam in Doctoratu ab eadem domo ad praefatam Sedem incedentes. In quo actu omnium facultatum Doctores comitari Cancellarium tenentur, sub poena propina illius actus ipso facto amittenda: nisi iusta fuerint excusatione tuti, arbitrio Cancellarij.

¶ Præterea statuimus, quod Cancellarius, siue eius locutenens in gradibus Licentiarum primum, ac

precipuum obtineat locum, & ad eius manum sinistram incedat Rector. In Aula tamen examinis medianam occupet sedem Cancellarius: cui ad dexteram assideat Rector, & ad sinistra antiquior doctor facultatis: reliqui vero Doctores secundum antiquitatis prerogativam se deant, salvo tamen statuto, de loco perfuicti Rectoris. In gradibus Doctorandorum medius incedat Cancellarius inter Iustitiam, & Priorem Juratorum Civitatis: deinde Rector inter duos Iuratos: tertio loco Pater & Doctor adus: quarto Doctor antiquior illius facultatis, cuius gradus celebratur: ac tandem reliqui, ut moris est, Doctores ordinem assuetum servabunt. In Sede Osceñ. Cancellarius primus in banco Doctorum sedeat, ante Rectorem & Doctores.

9 Item statuimus, ut Cancellario propina dentur iuxta statutum sub Rubrica de salarijs. Sed in Licentiandorum gradu detur etiam eidem cerei & confectiones, sicut Rectori & Doctoribus, & non amplius.

10 Statuimus etiam, qd sit in arbitrio Cancellarij in Doctoratu, vel orare, vel alteri oratori munus dicendi commendare, qui de laudibus novi Doctoris orationem habeat: ac tandem gradum, seu titulum Doctoratus publice proferat, & iuramenta à Doctoribus prestari solita recipiat.

Item statuimus, qd si contigerit 11 nolle Cancellarium, vel eius locum tenentem ire ad loca deputata examini Licentiandorum, scilicet, ad Aulam Vniuersitatis, vel Doctoratibus, utpote ad sanctam Sedem: contra nostra Vniuersitatis Ordinationes, Decreta, & Statuta: sibi persuadentes alia posse eligere loca, vel alias quomodolibet: tunc in illis actibus Rector Vniuersitatis sit Cancellarius, eiusq; officium, auctoritas, iura, prouentus & emolumenta ad Rectorem predictum ipso iure deuoluatur, sicut de antiquissima Vniuersitatis consuetudine, seu per obseruatum extitit & approbatum.

Item statuimus, qd qui assumptus 12 fuerit ad officium Cancellarij, antequam Rector & Consilium studij eum admittat, teneatur iurare ad sancta quatuor Dei Euagelia, quod si contigerit eum à Civitate Osceñ. recedere, vel alia iusta de causa impeditum officium suum exercere non posse, loco sui substituet, locum tenentemq; creabit Canonicum actu prebendatum, & residetem in dicta Sede Osceñ. Quod si Cancellarius (quod non creditur) contrarium fecerit: prohibemus omnibus scholaribus huius Vniuersitatis cuiuscunque facultatis, ne gradum à locum tenente contra tenorem huius Statuti creato suscipiant, sub pena viginti florenorum (axa applicandorum. Decernimusq; taliter graduatum prerogatiuis, liberta-

c 2 tibusq;

20.
tibusq; Studij non gaudere, nec inter scholares pro graduato connumerari, gradumq; sic susceptum irritum & nullum esse. Locum tenens verò legitime creatus, antequam exerceat suum officium, iuret seruare Statuta de illo loquentia.

De Claustro Doctorū, cuiusq; iurisdictione.

Quanuis in hac alma Uniuersitate quinque reperiuntur facultates, in quibus gradus celebrantur, scilicet, Theologia, Iuris Canonici, Ciuilibus, Medicina, & Artium liberalium, inter se distincta, exceptis Iuris Pontificij, & Cesarei Doctoribus: qui in examinādis licentiandis, & creandis Doctoribus, in ordine sedendi, & alijs certis casibus, pro una & eadem facultate reputantur: omnes tamen Doctores & Magistri dictarum sciētiarum & facultatum unum & idem corpus, seu Collegiū constituunt: quod Clastrū Doctorum appellatur, cuius caput est Cancellarius. Ad quem cōuocationem prefate congregationis, vel Clastrispectare decernimus. Quæ congregatio, siue Collegium in Aula superiori, ubi examen licentiandorum celebratur, & nō alibi fiat: nisi omnibus Doctoribus, vel eorū maiori parti aliud ex iusta causa videatur. In Claustro autē interesse possunt Cancellarius, & Doctores, ac Magistri in hac Uniuersitate gra-

duati, vel incorporati: & nemo alius ingredi valeat, licet gradu licētia sit decoratus in eadē, vel quāuis Doctor, vel Magister alterius Academia sit, & in hac nostra Cathedram aliquam regat.

¶ Cōuocatio Clastris fiat per Bedellum, de mandato Cancellarij, notificando cuilibet Doctori, vel Magistro, qua hora sint congregandi. Et qui vocatus, iusto cessante impedimento non venerit, quinque solidorum pœna mulctetur. Iustum autem impedimentum per Clastrū, vel per Cancellarium, simul cum duobus coniudicibus illius anni declaretur.

¶ Quoniam indecorū est, causas Doctorum potissimum criminales, ab alijs, quā a personis grauibus, & insignibus decidi, & pertractari: statuimus, quod omnes cause Doctorum & Magistrorū ciuiles inter sese, si voluerint partes, criminales verò quomodolibet, & a quibuslibet personis, siue ex officio ad instantiā Sindici Uniuersitatis, vel aliās ciuilitate, aut criminaliter intentate, quacunque illæ fuerint, tractentur, cognoscantur, si neq; debito terminentur in dicto Claustro duntaxat, ut habetur in Rubrica de officio Cancellarij. Ita & taliter, quod dictum Clastrū deputet duos ex Doctoribus dicti Collegij, omni suspitione carētes: qui simul cum Cancellario, prefatas causas, lites & controuersias audiant, cogno-

cognoscant, ad finemq; debitum perducant, summarie, simpliciter & de plano, ac sine strepitu & figura iudicij, usque ad sententiam definitivam exclusivè: quæ in Claustro, & à toto Claustro, seu eius maiori parte ferri debet, facta prius informatione à Cancellario & Doctoribus coniudicibus de meritis processus, vel cause. Damus autem & concedimus predictis, atque etiam liberè impartimur Claustro prefato, circa predicta, illisq; annexa, cõnexa, ab eisdeq; dependentia, & emergentia, omnem facultatem, potestatem, auctoritatem, & iurisdictionem privativè, quam Vniuersitatis Rector & Consilium quomodolibet habent, vel habere possunt. Processus vero & acta predictarum causarum per Notarium, Cancellarij, ac Studij Secretarium simul communicantes actitentur & fiant. Aliàs quicquid secus actum fuerit, irritum sit & inane, nullasq; omnino vires habere decernimus.

4 Item statuimus, quod si aliquis Doctor ex aliqua causa in carcerem detrudendus sit, Aula Claustri & examinum loco carceris ei detur: ita tamen, quod solus Cancellarius, ad quæ Doctorum & Magistrorum iurgia, contentionesq; dirimere & componere spectat, & ad Rectorem Vniuersitatis cõiunctim, vel diuisim, si timeatur de fuga, vel alia iusta causa id exegerit, capere, vel arrestare sub pœna sibi

bene visa: cum tamen intra unum diem naturalem debeat Claustrum Doctorum congregare: ubi quid agendum sit decernatur. Quo elapso Doctor arresto detentus, absque metu fractionis arresti, vel carceris, liberè possit exire: & Cancellarius Claustrum non cõgregans decem ducentorum pœna mulctetur, per Rectorem irremissibiliter exigenda, & Caxæ Vniuersitatis applicanda, reservato Doctori detento, vel arrestato, iure querelandi de dicto Cancellario apud Claustrum, per antiquiorem ex iurium Doctoribus, in renitentiam Cancellarij congregandum. Idemq; quoad arrestum, Rectori Vniuersitatis in personas Doctorum concedimus, si casus id exegerit: dumtamen intra prefatum terminum, intimet Cancellario ut Claustrum conuocet: aliàs eo elapso liber, ut supra, ipso facto habeatur.

¶ Cum ex antiquissima & immemoriali huius Vniuersitatis cõsuetudine, & privilegijs, iurisdictione criminalis in Doctores & Magistros, in eadem graduatos & incorporatos ad Cancellarium cum Claustro dütaxat pertineat: taliter illum procedere volumus, ut ad captivam alicuius de prænominatis nõ procedat, sine assensu duorum Doctorum, sibi pro similibus per Claustrum annis singulis deputandorum, nisi in fraganti crimine, & ubi de fuga suspectus sit: de qua per summariam informationem etiam extra iudicium



22.
cium illi constare debeat: ea demum
ratione, ut processus pravia de cau-
sa confecti, et omnia ad illos specta-
tia, coram Cancellario et prefatis
duobus doctoribus coniudicibus per-
agantur. Quod si contigerit, dictos
coniudices non esse nominatos: eo casu
processus inchoari non valeat, neque
quicquam contra Doctores, aut Ma-
gistros attetari, quin prius dicta no-
minatio fuerit facta. Pronuntiatio
vero et sententia in similibus causis
a Cancellario simul cum Claustro,
et in Claustro ferenda est. Aliter
vero prolata sit nullius roboris et
momenti, nisi delicta leuia fuissent.
Leuiaque illa solum intelligimus et
non alia, propter qua non debeat im-
poni poena, nec sententia ferri, sed ta-
tum sufficiat verbalis correctio, per
dictum Cancellarium, cum duobus
coniudicibus facienda. Quod si in
tali cognitione non conuenerit, ad
Clastrum referatur.

De officio Notarij Cancellarij.

Notarius Cancellarij sit obe-
diens domino Rectori et
Cancellario, eorumque manda-
ta adimpleat, vel locum tenentium
illorum. Teneatur praeterea domi-
num Cancellarium eiusve locum-
tenentem, quoties per quemlibet ipso-
rum vocatus fuerit, associare, et se-
qui, sub poena praestiti iuramenti, et
decem solidorum Arca Studij ap-
plicandorum, sub alijsque poenis arbi-

trio Cancellarij, eiusve Procancel-
larij imponendis.

Statuimus etiam, quod Notarius
prefatus conficiat, recipiatque omnia
instrumenta et acta ad Collegium
Doctorum cum Cancellario, vel eius
Vicegerente spectantia, omnesque scri-
pturas facientes pro dicto Cancel-
lario et Collegio Doctorum. Tenea-
turque scribere omnes dicti Collegij
et Claustri resolutiones, et gradus
a Cancellario concessos, in quodam
quaterno, seu summario separatim
facto, sub poena praestiti, et decem so-
lidorum, ut supra applicandorum:
quod tradat, et liberet in die qua
computa et rationes Vniuersitatis
redduntur, ut in Archivo illius re-
ponatur. Et omnia, qua in dictis
Collegijs ordinabuntur, gratis, et sine
salaris aliquo scribere teneatur.

Praeterea statuimus, quod con-
tinuet, scribatque processus, qui ante
Cancellarium et Doctores Consilia-
rios fulminabuntur, in quacunque
causa, sine negotio. Et pro salario
illud eidem solvatur, quod Cancel-
lario, prefatisque Doctoribus coniu-
dicibus iustum videbitur.

Item, praedictus Notarius char-
tas Bachalaureorum in Theologia,
Medicina, Artibus, et Chirur-
gia (qui gradus per Cancellarium
conferuntur) teneatur conficere, et
in pergameno scribere, capsulamque
et vetera suis sumptibus ponere, neque
aliud pro salario recipiat, quam
quod ei sub Rubrica de salarijs de-
signa-

signatur. Chartas verò licentia-
rum, & Doctorum in omnibus fa-
cultatibus, & Licentiarum &
Magistrorum in Artibus, tenea-
tur cōficere, & capsulam reliquaq;
suis sumptibus ponere, seruato ta-
men colore cuiusq; facultatis.

5 ¶ Item statuimus, qd si Notarius
infirmitate, vel alio iusto impedi-
mento, suum officium exercere non
valeat, vel à Ciuitate abfuerit, inti-
mando hoc Cancellario, alium No-
tarium idoneum loco sui, teneatur
dictus Notarius substituere & da-
re, sub pœna centum solidorum.

6 ¶ Item, qd nulli Licentiato, Docto-
ri, Magistro, seu Bachalaureo pos-
sit Notarius chartas graduum tra-
dere, nisi prius solutum fuerit Ar-
ca salarium Thesaurario Uniuer-
sitis. Si verò contrarium fecerit,
idē salarium ipse persoluat. Si ve-
rò Cancellarium, aut Rectorē Uni-
uersitatis Licentiari, seu Doctorari
contingat, tenetur Notarius char-
tas eis dē gratis dare, cum omnibus
pertinentibus ad illas.

7 ¶ Quia damnū & praiuditium
intolerabile laureandis ob Nota-
rij absentiam inferri constat: si ad-
sonum campanæ, & pro tēpore Sta-
tuto à Cancellario ad suscipienda
pūcta, in Capitulo Sedis Osceñ. aut
ubi gradus celebretur, non compa-
ruerit, & affuerit, siue ubi examen
fiat, tempore competentī & necessa-
rio, presens Notarius Cancellarij,
aut alius ab eo susfectus & subro-

^{23.}
gatus non fuerit, pœnam centū soli-
dorum incurrat: & in eius absen-
tia possit Cancellarius vocare quem
voluerit, ut acta & pūcta recipiat,
chartasq; expedire valeat.

8 ¶ Item statuimus, quod Notarius
Cancellarij teneatur Cancellarium
associare, & Doctores ad Sacristiā:
in qua Doctores præstāt suffragia
ad gradum Doctoratus. Quibus
prestitis, actuq; finito, teneatur re-
dire cum ipsis, & dare in scriptis
Oratori gradum & titulum nouo
Doctori concessum, & iuramenta,
etiam, iuxta formam præscriptam
sub Rubrica de doctorandis.

9 ¶ Item statuimus, qd Notarius te-
neatur dare chartas, infra duos
dies, à die susceptionis gradus com-
putādos: alias ipso facto amittat sa-
lariū dicti gradus, quod Arca Uni-
uersitatis applicetur. Et nihilomi-
nus chartas liberare teneatur. Jus
autē quod pro charta illi debetur,
remaneat penes Syndicū, donec illā
dederit.

10 ¶ Item statuimus, qd prædictus No-
tarius, antequā suum officium exer-
ceat, præsentet suum privilegiū in
Cōsilio Uniuersitatis, iuretq; obediē-
tiā dominis Rectori & Cancellario,
& se fideliter seruaturum hæc Uni-
uersitatis Statuta, aliaq; omnia ad
suum officium spectantia maxima
fidelitate exequuturum.

Dedispensationibus, &
primò de non dispēlandis, nec remit-
tendis iuribus Caxæ.

Cum



Vm rerum mater & ma-
 gistra experientia nos docue-
 rit, rationi valde consonum
 esse, iuxta qualitatem temporū &
 personarum, dispensationibus legum
 viam aperire, illarumq; rigore ali-
 quando ex causa temperare: ne ri-
 gorosa nimis Statutorum executio,
 eos, qui quanuis extranei & pere-
 grini, huic nostra alma Vniuersita-
 ti desiderant mancipari, procul ex-
 terminare videatur. Non sine ma-
 ximo & maturo consilio Oscensis
 Academia decreuit, & statuit, ut
 rationabili ex causa, possit in aliqui-
 bus casibus dispensari. Sed ne fa-
 cultas hac & libertas dispensandi,
 quæ in utilitatē Vniuersitatis sem-
 per admissa fuit, in perniciem, inco-
 modumq; ipsius conuertatur: statui-
 mus & ordinamus, quod nullo vn-
 quam modo super iuribus & bonis
 Caxæ dispensetur, siue iura illa sint
 de emolumentis graduum, in hac Vni-
 uersitate collatorum, siue, de pænis,
 quas aliqui quomodolibet incurre-
 rint, vel alio quouis modo ad præ-
 dictam Vniuersitatem, seu eius Ar-
 cam spectare dignoscantur.

2. Item statuimus, quod quanuis
 ad gradum Bachalaureatus in
 Theologia, Iure Pontificio & Cæsa-
 reo, atque etiam in Medicina sint
 determinati cursus, sine quibus nul-
 lus in hac Vniuersitate possit ad lau-
 ream Bachalaurei assumi: conce-
 dimus tamen, q̄ ex causa in quali-
 libet facultate possit dispensari in

uno tantum cursu, per huius Vni-
 uersitatis Statuta, & non am-
 plius ullo modo. Et hac dispensatio
 non possit fieri, nisi cum duabus cō-
 ditionibus sequētibus. Prima, quod
 petiturus dispensationem in ultimo
 anno suorum cursuum, & nō alias,
 defendat in hac Vniuersitate publi-
 cas Cōclusiones nō ordinarias Uni-
 uersitatis senario numero compre-
 hensas, sed particulares ad hunc tā-
 tum finem, in sua facultate, per spa-
 tium vnius diei. Et Doctores illius
 facultatis in Consilio referant, quo-
 modo in illis defendendis se gesserit:
 ut ex illa relatione, ceteri Doctores,
 & Consiliarij moueantur ad dispen-
 sandum, vel non dispensandum. Ul-
 timus autem annus intelligitur ul-
 timus, quem sine dispensatione tene-
 batur audire, scilicet in Iure Ci-
 uili quartus, in Theologia autē, Iu-
 re Pōtificio, & Medicina tertius.
 Hic autē annus incipere potest, sta-
 tim post quam priores omnes cursus
 fuerint completi, & probati: quod
 potest fieri vigesimo die Aprilis an-
 ni quarti in Iure Ciuili, in alijs au-
 tem facultatibus eadē die anni ter-
 tij: dummodo tamen omnes cursus
 priores fuerint iuridice probati eo
 die. Hac autem conditio de Con-
 clusionum sustentatione, solum in-
 telligatur in filijs Vniuersitatis: in
 ceteris verō qui aliunde ad petendā
 dispensationem accedunt, sit in me-
 ra consilij voluntate dispensare, vel
 non dispēsare: dummodo tam in his,
 quam

quam in illis secunda conditio seruetur. Ea autem est, quod ad dispensandum non possit haberi Consilium, nec a Rectore proponi dispensatio, nisi sint in Consilio saltem sexdecim Consiliarij, computatis in his sexdecim Doctoribus, Magistris, Cathedraliticis, & Consiliarijs. Itaque sint sexdecim votum habentes: ex quibus sexdecim, duodecim debent esse conformes in dispensando, ut tunc illa dispensatio fiat. Et si in Consilio fuerint plures quam sexdecim, tunc computentur vota, seu suffragia: Et si ex quatuor partibus existentium in Consilio, tres integra partes fuerint in fauorem petentis dispensationem, manebit dispensatus: alias autem nullo modo.

3 Item statuimus quod in duobus annis lectura, qui requiruntur in utroque Iure ad gradum licentiatum suscipiendum, possit ex causa dispensari: saltem si post Bachalaureatum, per duos annos studuerit, vel sua studia repetierit.

4 Item statuimus, quod in Publicis lecturis, quae requiruntur a Licenciandis in Casarea, seu Pontificia facultatibus, non dispensetur cum Rectore huius Vniuersitatis, nec cum filijs eiusdem, vel in ea residentibus. Si autem extranei petierint Publicarum dispensationem: quantum Consilij arbitrio relinquimus dispensandum: non tamen debet fieri, nisi ex aliqua grauisima causa, & cum per sonis in aliqua dignitate constitutis

tantum. Cuius rei modum omnibus existentibus in Consilio summopere commendamus. In Publicis tamen, seu Tetricis Theologorum, & Medicorum non est dispensatio.

5 Item statuimus, quod in duobus annis lectura, vel duobus actibus conclusionum in Theologia, & alijs duobus annis lectura, vel practica in Medicina, non sit dispensatio, nisi ex grauisima causa, & cum dignitate praeeditis, & ex consensu maioris partis Doctorum illius facultatis.

6 Item statuimus, quod in nulla alia re possit esse dispensatio, nisi tantum in his, quae in ista Rubrica expressa sunt, & declarata.

7 Item statuimus, quod super lectura decem lectionum, quae ad suscipiendum Bachalaureatus gradus in Iure Canonico, vel Ciuili requiruntur, possit per Rectorem solum cum causa dispensari. Cuius causa cognitio, an legitima sit, Rectoris arbitrio relinquatur.

De officio Sindici.

Statuimus, quod Sincus sit obediens Rectori, eiusque mandata obseruet, & adimpleat, ac etiam quicquid per Consilium Studij fuerit sibi iniunctum: & quod tam in agendo, quam in defendendo teneatur ducere, & prosequi lites Vniuersitatis, & facere requisitiones, seu protestationes quascumque, pro interesse Vniuersitatis, & opponere se viriliter defensionem eiusdem.

dem: Et adire officiales Ciuitatis pro reuocandis grauaminibus, si qua fiant studentibus, vel Uniuersitati, Et eius personis: Et quod pro obtinendis rebus necessarijs Uniuersitati, ex studentibus, teneatur prosequi injurias factas Uniuersitati, de mandato Rectoris, Et Consilij. Et circa omnia, Et singula suprascripta cum incidētibus, depēdētibus, emergētibus, Et cōnexis plenā sibi cōferimus potestatem, cum generali, Et libera administratione, etiamsi talia forent qua magis speciale mandatum requirerent.

2. Item statuimus, quod Syndicus, à quibuslibet studentibus, Et alijs Iurisdictioni Rectoris submissis, sine guidatico Rectoris portantibus arma ea tollere possit: Et in fraganti crimine, vel de mandato Rectoris restare illos, vel carceri mancipare. Possitq; recipere pacem contententium eamq; prestare liberè, volentiū: Et nolētes in carcere retineat, donec Rector de illis disponat.

3. Item statuimus quod Syndicus teneatur vigilare, Et excubias facere, quotiescunq; opus fuerit, aut per Rectorem sibi mandatum: Et studentes, aliosq; submissos Iurisdictioni Rectoris, qui noctu cum armis inceserint, Et sine lumine, non obstante quocunq; guidatico, eis priuare: Et si sint suspecti, eos carceri mancipare: prout dictum est sub rubrica de officio Rectoris. Et teneatur associare Rectorem diu, no-

ctu uè, cum armis vel sine eis ad libitum Rectoris.

4. Item statuimus, qd nominatio Syndici pertineat ad Rectorem, eo ipso die, quo possessionem capit. Eius autem approbatio spectet ad Consilium: ad cuius Et Rectoris beneplacitum duret illius officium: ita qd ad solum Rectorem Et Consilium ipsius creatio Et reuocatio, necnon Et ad tēpus vel in perpetuum remotio, confirmatio, vel, si opus fuerit, punitio spectet. Sit autem Syndicus Bachalaureus in iure Canonico vel Ciuili, si fieri potest, Et idoneus inueniatur: sin minus in aliqua facultate. Quod si neq; talis reperiatur, possit Rector aliquem eligere scholarem, non Bachalaureum: deferat tamen habitum clericalem, Et nulli seruiat.

5. Item statuimus, qd Syndicus, teneatur associare Cancellarium, Et Doctores in Doctoratu, sacristiam ad conferendum gradum ingredienti, Et illic soluere propinas Cancellario, Rectori, Et Doctoribus facultatis: Et cum illis reuertatur. Quibus in suis sedibus relictis, det etiam propinam Doctoribus aliarum facultatum, Et Bachalaureis illius facultatis tantum, Et Oratori, Collateralibus, Et Consiliarijs, licet non sint Bachalaurei, Et hoc fiat in ipsamet Ecclesia, antequam actus finiatur.

6. Item statuimus, quod Syndicus, recipiat depositum, eorum qui volunt

volūt sumere aliquem gradum, & de deposito Rectori relationem faciat, ut ad presentationem, & alios actus possit procedere Rector: alias enim nō potest, ut in statuto secundo, sub Rubrica de officio Rectoris habetur. Et ipse Syndicus suis locis, vel temporibus diuidat omnia salaria eorum qui in hac Vniuersitate gradum aliquem recipiunt, & faciat sumptus in quolibet actu requisitos, teneaturq; dare compotum de solutis, & expēsis laureatorum coram Patre illius, & Rectore, in domo Rectoris.

7 ¶ Item statuimus, quod Syndicus teneatur associare Rectorem in vespers, & diebus sanctorū Luca, Catharina, Nicolai, & Lucia, eandem ad vespers, & Missam, & rediendo ad Scholas: & quod in progressibus illis attendat, ne scholares aliquid in via sinistre agāt, vel immūdiciam aliquam eijciant: quod si fecerint, Syndicus qui ob eam rē omnium ultimas ire tenetur, quem viderit scholasticum sinistre agētem capiat, & in carcerē detrudat: ut postea iuxta culpe qualitatem a Rectore puniatur.

8 ¶ Item statuimus, quod Syndicus sit Consiliarius ordinarius, & sedeat post Doctores & Cathedralicos ante alios Consiliarios, votumq; suum similiter præstet: soluat etiam in Consilio singulis ibidem existentibus solidos, expensis illius qui Consilium fecerit congregare.

¶ Item statuimus, quod Syndicus teneatur statim cum electus fuerit, iurare Statuta, & laudabiles cōsuetudines huius Vniuersitatis, ut moris est: & dare cautionem Consilio & Vniuersitati ad summā quatuor mille solidorum, & iuret bene, & fideliter se habere in suo officio.

10 ¶ Item statuimus, quod deficiente Sindico, vel per absentiam, vel per infirmitatem, aut alias, non relicto locum tenente in gradibus, & alijs rebus officium eius exerceat Bedellus Vniuersitatis.

11 ¶ Item statuimus, quod quando cunque aliquis sumpserit gradum aliquem in hac Vniuersitate, intra diem naturalem ab assumptione gradus, teneatur tradere Thesaurario propinam, quæ est de iure Caxæ: & si retardauerit eam solvere, soluat ipse irremissibiliter iura Caxæ in duplum, & similiter Priori confraternitatis soluat ius, quod pro gradu debetur.

12 ¶ Item statuimus, quod in quolibet Doctoratu sumat cōpotum de propinis datis dignitatibus, & Canonicis Sedis Osce, & similiter de datis Iustitiæ & Furatis, ne Mace rii Capituli & Ciuitatis in aliquo defraudent ipsum graduatum: sed in omnibus fideliter Doctorado præstetur compotum.

De officio Bedelli.

Statuimus, quod Bedelli officium sit ad prouisionē Rectoris & Consilij

28.
filij à maiori parte. Ad Consilium autē, in quo huius officij debet fieri promissio, vocentur omnes Doctores, seu Magistri, & alij Cathedratici, & Consiliarij singulariter, & personaliter, vel saltem fiat eorum vocatio in proprijs domibus, ut fiat promissio decens. Punizio autem Bedelli, si defecerit in his qua suum cōcernunt officium, pertinet ad Rectorem: si vero ita gravis, & enormis fuerit Bedelli culpa, ut priuatione, & depositione officij dignus videatur: tunc priuatio, seu depositio pertinet ad Consilium, eodē modo quo electio, vocatis omnibus de Consilio nominatim, & expresse. In qua electione, vel depositione Rector habeat votum.

2. Item statuimus, quod Bedellus sit obediens Rectori, & eius mandata adimpleat, faciatq; pulsare campanā ad lectiones, sic: ante pradium in diebus prioribus horis lectionū, & semel post prandium, hora videlicet secūda, & similiter pridie quā celebretur Consilium noctu, hora 8. vel 9. secundum tēpus. Faciat etiā pulsare campanam ad conuocandū Consilium, qua audita sciant omnes, hora, & loco assuetis, die sequenti esse Consilium cōgregandum. Quod si ostiatim sint conuocandi Consiliarij: eos vocet Bedellus, de mandato Rectoris.

3. Item statuimus, quod Bedellus teneatur ponere fenum, seu iūcum, & ramos arborum, & frondium in

Scholis maioribus in die sancti Luca: in quo celebratur principium lectionum, & etiam in die possessionis noui Rectoris: & quod teneatur mundare Scholas bis in mense.

4. Item statuimus, quod Bedellus ad mandatum Rectoris, semper & in fraganti crimine, sine mandato possit capere omnes submissos Jurisdictioni Rectoris, & eos ducere ad Carcerem Vniuersitatis, eosq; ibi seruare, & de eis rationem Rectori reddere teneatur. Et quod ad mandatum Rectoris possit, & teneatur citare quoscunq; submissos Jurisdictioni Rectoris, eiusq; præcepta eis intimare: cuius standum sit relationi. Possit eodem modo pignorare & executare studentes, & vendere eorum libros, & alia bona: est enim Cursor scholæ.

5. Item statuimus, quod Bedellus teneatur associare Rectorem, vel Prorectorem cum Claua & clamide sua, quoties sibi fuerit iniunctum ab eo: teneatur etiā quotiescunq; Rector, vel Syndicus, voluerint vigilare, & excubias facere de nocte, associare eos, aut aliquem eorum armatus: & similiter quoties à Rectore fuerit sibi pro aliqua necessitate, vel causa iniunctum.

6. Item statuimus, quod Bedellus habeat de qualibet citatione sex denarios, de pignoratione unum solidum, de qualibet captione duos solidos, pro quolibet incarcerato in ingressu carceris septem solidos, & qua-

quatuor denarios, & pro quolibet die carceris sex denarios. In alijs autem laboribus, hic non expressis, eius salarium relinquatur arbitrio Rectoris, taxandum pensatis laboribus: & tali taxationi teneatur stare Bedellus. Habeat etiam Bedellus pro quolibet actu conclusionis, vel alicuius Publice, aut gradus Bachalaureatus, cui Rector assistit, & Bedellus cum Clava, & clamide tres solidos, & pro gradu licentiature triginta solidos: ut habetur in statutis sub Rubrica de salarijs.

7. Item statuimus, quod si Rector huius Universitatis licentiatur, vel Doctoratus gradum assumat, Bedellus nihil pro suo stipendio recipiat.

8. Item statuimus, quod tempore quo celebrabitur consilium in scholis, custodiat ostium, & in actu lectionis publice, vel conclusionum, ubi ipse cum Clava, & clamide associabit Rectorem, stet in Aula ubi actus fit, vel prope illam, ubi preceptum possit intelligere Rectoris, si forte se obtulerit aliquid precipiendum: quod si non fecerit, ad Rectoris arbitrium puniatur.

9. Item statuimus, quod Bedellus in Aula examinis licentiarum habeat Arcam, ubi custodiat cereos Universitatis, & eos teneatur dividere inter Rectorem, Cancellarium, Doctores, & Magistros, Cathedricos, Consiliarios, Bacha-

laureos, & alios studentes dictae Universitatis pro cereorum numero, & commoditate. In processione qua fit in die corporis Christi, & in sepeliendis Doctoribus, & alijs semper, ubi se obtulerit occasio id ipsum faciendi.

10. Item statuimus, quod quando cumq; habendum sit Consilium, ad quod personaliter vocentur omnes de consilio: tunc ad mandatum Rectoris teneatur Bedellus vocare pridie consilij omnes & singulos consiliarios, sub pena duorum solidorum applicandorum. Caxa, pro quolibet quem non vocaverit. Vocatio autem fieri debeat, vel in proprijs eorum personis, vel saltim in proprijs domibus.

11. Item statuimus, quod Bedellus in quolibet licentiando teneatur intimare omnibus Doctoribus illius facultatis diem, & horam ad puncta suscipienda, & ad ingressum examinis. In doctoratibus autem, teneatur vocare omnes Doctores omnium facultatum, & eos omnes de tali actu certiores facere, ac etiam Macerium Capituli, qui id natum faciat dignitatibus, & Canonicis, & Macerium Civitatis, ut ciues convocet, sub pena precedentis statuti.

12. Item statuimus, quod Bedello Universitatis fiat de biennio in biennium clamis longa coloris puniceis, ita quod qualibet duret sibi per duos annos integros.

30.
13. **I**tem statuimus, quod Bedello de bonis Arca detur quolibet anno, ad festum Natiuitatis Dñi, pro salario centum solidi quo tempore salaria Vniuersitatis soluantur.

De officio Thesaurarij.

1. **Q**uia officium Thesaurarie non debet comitti omnibus indifferenter, statuimus, quod nullus possit esse Thesaurarius studij generalis Oscensis, nisi sit Doctor, vel Magister in hac Vniuersitate graduatus, vel incorporatus, & habeat bona sedentia sua propria, omni fraude cessante, valentia summam quingentorum Ducatorum Auri: & sit habitator huius Ciuitatis Oscensis habeatq; larem, & familiam in eadem. Volumus etiam quod dictum officium Thesaurarie duret per unum annum: Ita quod quilibet Thesaurarius incipiat uti officio suo. Prima Dominica Iunij, qua iurat Rector in Sede Oscensi, & desinat prima Dominica Iunij post annum immediate sequentem.

2. **I**tem statuimus, quod de cetero dictum officium Thesaurarie detur per turnum inter Doctores, & Magistros omnium facultatum, nullo habito respectu ad facultatem, sed tantum ad gradum, incipiendo ab antiquiori Doctore, vel Magistro, cuiuslibet facultatis ille sit, usq; ad iuniorem gradatim.

3. **I**tem statuimus, quod Thesaurarius

non possit esse Rector, nec Prorector, nec Viceversa Rector, aut Prorector poterit esse Thesaurarius, quia haec duo officia Rectoris, & Thesaurarij simul sunt incompatibilia.

4. **I**tem statuimus, quod Thesaurarius non possit exercere, vel administrare dictum officium, nisi prius dederit fideiussores de reddendis, & conseruandis omnibus bonis sibi commissis: & se obliget quod quandocumq; fuerit requisitus per Rectorem, vel Consilium, teneatur dare, & liberare pecunias, & bona quae ab eo fuerint petita, per spatium trium dierum, sub poena viginti librarum Caxae applicandarum. Et antequam officium exercere incipiat, iuret se obseruaturum omnia statuta, & ordinationes factas, & faciendas per dictam Vniuersitatem, eaq; fideliter adimplere. Si vero intra quindecim dies non dederit fideiussores, in continenti illis lapsis, transeat officium Thesaurarij, ad Doctorem, vel Magistrum, qui per antiquitatem sequitur, & habilis extiterit. In hoc autem statuto nulla fiat dispensatio, relaxatio, vel reuocatio, nisi per totum Consilium nemine discrepante. Qui autem per non praestationem fideiussorum, vel per propriam renuntiationem, officium noluerit acceptare soluat duos florenos, distribuendos equaliter inter Arcam, & futurum Thesaurarium.

rium. Si autem turnus finiatur omnium Doctorum, & Magistrorum, & nullus voluerit acceptare: tunc primus ad quem venerit turnus, si neglexerit in secundo turno acceptare, soluat ducentos solidos, ut supra distribuendos, inter Arcam, & Thesaurarium, & sic de alijs. Et Rector possit executionem facere in bonis illius, & aliorum non acceptantium.

5 ¶ Item statuimus, quod Thesaurarius teneatur exigere, recipere, & seruare omnes pecunias, bona & obuentiones Caxæ Vniuersitatis, eaq; omnia fideliter custodire. Et, ut fideliter impleatur, volumus quod Thesaurarius intra triginta dies immediate sequentes post finitum eius officium, reddat rationem de administratis, & receptis per eum in suo anno, Rectori, & Doctoribus computatoribus ab Vniuersitate nominatis: & ea omnia, quæ penes eum reperta fuerint, ipsamet die rationum & in eadem aula restituat, & soluat re vera, & cum effectu, fideliterq; tradat nouo Thesaurario, antequam ab Aula exeant: non obstante aliquo emparamento in posse Thesaurarij veteris facto de bonis predictis, vel alio quocunq; impedimento. Quod si talis emparamenti, vel alterius impedimenti casus euenerit, soluat nihilominus Thesaurarius, & tradat omnia quæ apud eum reperiuntur nouo Thesaurario, vel Rectori, & Do-

ctoribus eo loci. Vniuersitas autem præstet ante omnia eidem sufficientem cautionem de indemnitate, usq; ad summam, seu estimationem bonorum per eum restituendorum: & de quibuscunq; alijs damnis, & expensis: & teneatur in se suscipere malam vocem, & illum defendere, & illæsum præseruare in casu talis emparamenti, vel impedimenti expensis Vniuersitatis.

6 ¶ Item statuimus, quod qui non reddiderit rationem, vel non restituerit dictas pecunias, & bona intra tempus præfatum (ut supra dictum est) de cætero sit inhabilis ad officium Thesaurariæ, & ad quolibet aliud officium Vniuersitatis: & incurrat ipso facto pœnam quinquaginta florenorum Caxæ applicandorum. Et volumus quod non possit cû eo dispensari in pœnis prædictis: nec præsens statutum possit tolli nec reuocari: nisi omnibus de consilio concordibus, & nemine eorum discrepante. Si autem Thesaurarius aduersa laborauerit valetudine, vel absens à ciuitate fuerit, teneatur rationes reddere eo ipso die per alium ab eo substitutum: dummodo substitutus sit Doctor, vel Magister graduatus, vel incorporatus in hac Vniuersitate: & hoc sub eadem pœna.

7 ¶ Item statuimus, quod si contigerit Thesaurarium mori, vel taliter abesse, quod de proximo nõ habeatur spes redeundi: officium Thesaurari-

32.
sauraria transeat ad Doctorem,
sive Magistrum, qui post eum
erat in officio successurus, cui nullū
sit paratum prauiditium in sequē-
tem annū: nisi ante dimidiū anni
completum abfuerit, vel mortem
obierit: nam tunc Doctori, qui post
eum sequitur, & reliquum tempus
deseruerit, pro integro anno repu-
tetur: soluto ambobus salario pro
rata temporis. Si vero absentia, vel
mors prioris post dimidiū anni cō-
tigerit, remanet in arbitrio succe-
dentis, an velit sequēti etiā toto
anno esse Thesaurarius, soluto sem-
per salario pro rata temporis. In
quibus casibus mortis, vel absentia,
heredes, vel fideiussores talis defun-
cti, vel absentis, intra tempus pra-
dictum, scilicet triginta dierum,
teneantur dare compotum cum so-
lutione integra, & omnia alia fa-
cere, quae post finitū suū annū dictus
Thesaurarius facere tenebatur.

8 ¶ Item statuimus, quod Thesau-
rarius nihil soluat de bonis Arcae
sine licētia Rectoris, & Consilij, nisi
id quod fuerit de sumptibus ordi-
narijs Vniuersitatis, vel de his quae
soluerit operarijs à Cōsilio deputa-
tis, vel de eorū mandato, per alba-
rana, & nō aliās. Si autem aliquid
aliud soluerit, sibi imputetur: neq;
in damnum cedat Vniuersitatis.

9 ¶ Item ut omnes euitētur frau-
des statuimus, qd Thesaurarius non
possit confiteri, se recepisse iura
Arcae, nisi illa re vera, & cū esse-

tu receperit: & statim, atque illa
recepit, teneatur facere schedulā
sua propria manu subscriptā Recto-
ri, quatenus talis laureandus solue-
rit sibi, ut Thesaurario talem quā-
titatē, pro iure Caxae ratione gra-
dus. Quae omnia albarana in die
computorū adducat Rector in Au-
lam, ut fiat vera iurium computa-
tio. Et non possit Thesaurarius ali-
cui laureando facere gratiam de
dictis iuribus: illaq; albarana cōfe-
ratur cum schedula graduatorum
illius anni: quā teneantur dare No-
tarij eodem die.

10 ¶ Item statuimus, quod Thesau-
rario dentur pro salario sui officij
centum solidi de bonis Arcae in die
computorum quolibet anno. Et ut
commodius omnia fiant statuimus,
quod in rationibus reddendis à
Thesaurario, tantum intersint Re-
ctor antiquus, & nouus, & quinq;
Doctores quinque facultatum per-
turnum, & ordinem nominandi,
& Notarius Vniuersitatis, & Cā-
cellarij, & Bedellus: quorum cui-
bet dētur duo regalia. Fiat autem
semper hac iurium & bonorum Ar-
cae computatio in Aula superiori,
ubi examinari solent Licēciati, &
claustra congregari.

¶ Item statuimus, quod si quis
cui per ordinem incumbit subire
officium Thesaurarij, illud renun-
tauerit soluat duo, & triginta so-
lidos Arcae studij applicādos irre-
missibiliter.

De Priuilegijs, & Im- munitatibus Vniuersitatis, Doctorū, Magistrorum, & Scholarium Studij generalis Oscensis.

Dabitatum à plerisque sapis-
simè fuit, quoniam essent hu-
ius nostræ Vniuersitatis pri-
uilegia, cum in eius erectione, & in
confirmationibus Regū, & summo-
rū Pontificiū nullū in specie priui-
legiū sit expressum, sed tātummodo
dicatur, quod Doctores, Magistri, &
Scholares Vniuersitatis gaudeant
priuilegijs concessis Vniuersitati-
bus Bononiensi, & Tholosanen-
si. Ut igitur speciale aliquid ex
eis intelligatur, statuimus, ut om-
nia priuilegia, qua in diplomate
Statutorum Vniuersitatis Tholo-
sanensis, & in libro quarto Statu-
torum almi studij Bononiensis con-
tinentur, in his qua huic studio ap-
tari possunt, pro insertis habeantur,
& expressis: qua in Arca reclusa
continentur. Et particulariter vo-
lumus hic insertum haberi statutū
primum libri quarti statutorū stu-
dij Bononiensis, scilicet, quod Iustitia,
& Iurati, alijque officiales Regij de-
beant Vniuersitatem nostram Do-
ctorum, Magistrorum & Schola-
rium, personas, Iurares, & bona
tueri ubicunq; & quotiescunq; ex-
pedierit: ac etiam manu teneri fa-
cere statuta omnia ad ipsius studij
Rectoris, Doctorum, & Scholarium
favorem spectantia, eaque seruari fa-
cere ad augmentum studij, & bonū

eius statum, & quietem.

Item quod iuxta statutum cō-
tentum sub Rubrica de iuramēto
Domini potestatis, & aliorū quo-
rundam officialium Ciuitatis Bo-
niensis, Iustitia dicta Ciuitatis, &
alij officiales teneantur prestare au-
xilium, & fauorem Rectori, in his
qua pertinet ad eius officium, & ad
conseruationē Iurisdictionis eiusdē:
quam nec tacitè nec expresse sur-
pabunt, ac in nullo contrauent
statutis factis, & faciēdis Vniuer-
sitis: & quod nullus pronomina-
torum officialium audeat, nec præ-
sumat capere Doctorem, & Ma-
gistrum, siue scholarem, nec facere
ut capiatur in platea, aut duci fa-
cere ignominiosè, etiā cum licētia
Rectoris, nisi inciderit in crimē lese
maiestatis, sub pœna triginta libra-
rum à quolibet dictorum officialiū
contrafacientium exigenda. Quæ
pœna exigi possit à Sindico dicta
Vniuersitatis, vel per Rectorē, aut
alium de eius mandato.

Item quod ipsi officiales, nec per
se, nec per familiam suam audeant
querere sub veste scholarium, si por-
tauerint arma, sub pœna decem li-
brarum cuiuslibet contrafacienti
impendenda.

Adbuc etiam pro ampliori favore
studij iuxta dictum Statutum san-
cimus, quod si aliquis Scholaris
fuerit incarceratus, vel alio loco
detentus, sine licentia Rectoris, ex
alia causa quam ex crimine lese

e Maie-

Maieſtatis, quamprimum requiſitus fuerit dictum Scholarem relaxari, de facto relaxetur, tanquam iniuſte captus, & detentus, & cetera qua in dicto Statuto proxime citato continentur.

- 4 ¶ Ite ſtatutu volumus in noſtra Vniuerſitate id quod in ſtatutis Bononiſis Vniuerſitatis continetur, ſub Rubrica de tractantibus, ſeu ſecta facientibus pro ſtudio transferendo, & ſub Rubrica de domibus in quibus habitant Scholares non deſtruendis, & ſub Rubrica de Priuilegijs Rectorum, & Scholarium qui poſſint ire ſine impedimento, & ſub Rubrica de immunitate Doctoribus conceſſa, & Scholaribus, & ſub Rubrica de priuilegijs Scholaribus conceſſis, & ſub Rubrica de priuilegijs Scholarium petentium furta, ſeu iniurias, vel rapinas, & ſub Rubrica de priuilegijs Scholarium Legiſtarum de nouo conceſſis: in hoc maxime, quod nulla perſona cuiuſcunq; ſit conditionis, & ſtatus preſumat conſpiratione, ac tractatus facere, vel per aliu aliquo pacto cum aliqua perſona Eccleſiaſtica, vel ſeculari, Collegio, vel Vniuerſitate de ſtudio Oſcenſi transferendo ad alium locu, vel aliquid procurare propter quod ſtudium noſtrum poſſit tolli, aut minui. Et q ſpecialiter domus in quibus habitant Scholares non poſſint deſtrui, ocaſione alicuius maleficij, delicti, vel rebellionis, quandiu tempus co-

ductionis dicta domus durauerit, ſeu in eis dicti Scholares manere velint. Et quod liceat Rectori, & Scholaſticis ire ad domos publicas Ciuitatis, & alloqui cum dominis Juſtitia, & Furatis quacunq; dictis Rectori, & Scholaſticis placuerit, pro factis proprijs, vel Vniuerſitatis, & quod no poſſint prohiberi a dictis officialibus, vel alijs.

¶ Item quod quandiu Doctores, vel Magiſtri preſident lectione, vel legerint per viginti annos in aliqua Scientia, non teneantur custodire Ciuitate, nec poſſint mitti pro ſeruitio communi Ciuitatis inuiti, nec ponantur in decennis, nec cinquantenis.

¶ Item quod ſi contingat aliquam discordiam, rixam, ſeu furorem in Ciuitate inter alios qua Scholares ſuſcitari, per qua Scholares aliquid amitteret: id ex communi Ciuitatis reſtituatur ad plenum, niſi malefactor reperiretur, & fuerit ſoluendo.

¶ Item quod ſi Scholaris aliquis per ſe habuerit hoſpitiu combuſtu, quod ſine eius culpa combuſtum, ſeu deſtructum fuerit, ipſa Ciuitas concedat ei aliud, uſq; ad finitum tempus conductionis deſtructa domus.

¶ Item quod Scholares poſſint quacunq; & ubicunq; & a quocunq; granu, ſeu triticu in quacunq; quantitate, & alia ad uſum propriu, vel ſua familia neceſſaria emere.

¶ Item quod Scholares ſint Ciuēs & tanquam Ciuēs ipſi habeantur, & pro

Et pro Civibus repatentur, donec Scholares fuerint: Et res ipsorum tanquam Civium defendatur in quantum pertinent ad utilitatem ipsorum.

10 ¶ Item quod officiales Regij, nec Iurati non possint impedire studium aliquo modo, prohibendo Doctoribus ne legant, vel precipiendo ut legant contra voluntatem Scholarium, seu Rectoris: salvo quod quando Doctores legunt, pro communi bono Civitatis mitti possunt, sine diminutione salarij.

11 ¶ Item quod Iustitia seu eius locutenens ad requisitionem Scholarium sententias datas, secundum formas Statutorum Vniuersitatis super questionibus inter eos et quoscumque alios vertentibus teneatur executioni mandare, per se vel per suos officiales vel ministros.

12 ¶ Item quod nullus fenerator, vel alius cuiuscumque status, aut conditionis audeat, vel presumat, aliqua alienationis, vel pignorationis titulo accipere, a prefatis Doctoribus vel Scholaribus, vel retinere aliquos quaternos, aut folia ipsorum nec petias alicuius libri, seu librorum seu operis completi, vel non completi: Et si contra fecerint, rem acceptam restituere statim teneantur.

13 ¶ Item ne Doctorum, vel Magistrorum legentium, et Scholarium studentium ministerium impediatur: volumus, quod aliquis cuiuscunque sit conditionis non audeat tenere in aliqua domo aliquid, vel

fabricam facere, in qua impedimentum martelli, vel aliud sit, quo possit studium perturbari.

¶ Item, quod si Scholares, vel aliquis eorum patiantur furtum, rapinam, vel spoliacionem, aut iniuriam aliquam, et hoc constiterit: quantum ad personam committentis delictum, et receptorem illius, credatur eius dicto, prestituto tamen super hoc iuramento a Scholare denuntiate, quod calumniandi animo non denuntiet, et a Rectore, et uno consiliario, quod credunt eum bonae fame esse, et denuntiare iuste, et non causa alicuius calumnie. Et predicta habeant vim plena probationis.

¶ Item quod omnes Scholastici hic studentes, cuiuscumque facultatis sint, possint percipere fructus, et redditus suorum beneficiorum.

¶ Item quod prefati Scholares possint venire in hanc Vniuersitatem, et recedere ab ea sine solutione pedagij, vel gabella, quacumque de causa qua placuerit cum omnibus suis libris, et alijs Rebus.

Qui gaudeant Priuilegijs huius Vniuersitatis.

Uxta statutum Bononiense positum libro. 3. sub dicta Rubrica, statuimus, quod priuilegijs nostrae Vniuersitatis gaudeant Rector, Cancellarius, vel Scholasticus, Doctores, Magistri, Licentiati, Cathedratici, Bachalauerei matriculati singulis

annis. Et qui sequuntur actus Vniuersitatis, ut dicitur in Rubrica de officio Rectoris, Et in Rubrica de Conservatoria: Et illi tantum Scholares, qui iuxta Statuta nostra Vniuersitatis in matricula fuerint descripti, secundum formam positam in Statuto sub Rubrica de precisa matriculandi obligatione, Et sub Rubrica de generalibus statutis statuto primo. Gaudet etiam nostra Vniuersitatis privilegij Notarius, Vniuersitatis, Notarius Cancellarij, Syndicus, Bedellus, Typographus, Et famuli Doctorum, Et Scholarium, Et omnes illi qui deputati fuerint quoquomodo ad seruitium Vniuersitatis, Et singulorum de Vniuersitate.

Qui sint censendi Vniuersitatis filij.

1 **Q**uoniam in quibusdam statutis differentia constituitur inter filios Vniuersitatis, Et alios, statuimus, Et ordinamus, Et declaramus, ut nostra Vniuersitatis filij censeantur, qui cursus suos, vel maiorem partem cursus sui facultatis in qua gradum suscipere velit, in dicta hac nostra Vniuersitate audierit.

2 **I**tem, Et is filius dicatur qui cum in alia approbata Vniuersitate suos cursus audierit, in nostra tamen gradum aliquem susceperit: ita ut per alicuius gradus susceptionem filius nostra Vniuersitatis efficiatur:

Et ut talis alijs privilegij, Et immunitatibus filijs huius Vniuersitatis concessis, gaudeat, Et gaudere possit.

De prohibita sifarum solutione.

Statuimus, quod nullus Doctor, Magister, Scholaris, vel Bachalaureus, qui in hoc nostro studio literis operam dederit, soluat aliquam impositionem, siue sifam. Quod et si iam a Iure eisdem concedatur, propterea tamen statuere volumus, quia saepe contingit, quod seculares ius ignorantes, Et de huiusmodi immunitate dubitantes, impositionem (quam vulgo sifam vocant) Scholasticis imponere tentant: quam si post hanc nostram sanctionem exigere ausi fuerint, tanquam preuaricatores: Et euersores privilegiorum, immunitatum, Et prerogatiuarum propria Ciuitatis poterunt iudicari. Quod ex legibus municipalibus eiusdem Ciuitatis (quas communiter ordinationes vocant) manifeste apparet: quibus (nequis contra Statuta nostra Vniuersitatis venire audeat) inter alia disponitur, quod privilegia Vniuersitatis inter privilegia Ciuitatis connumerentur, Et pro patrimonio Ciuitatis proprio habeantur.

Item quod quodocumque impositionem aliquam, siue sifam imponi contigerit per Ciuitatem, Rector conficiat cathalogum per, a. b. c. Et

in eo

in eo ponat omnia nomina, & cognomina Bachalauorum, & Scholasticorum, qui iuxta Statuta Vniuersitatis fuerint matriculati: quæ Cathalogū tradat sifario, ut facile ipse videat, qui sint immunes à solutione sifæ, & quid quisque manifestauerit. Et si forsan post datam huiusmodi cedulam, aliquis se matricula inscripserit, Rector det cedulam directam per suum Notariū sifario, ut ille sub litera, qua incipit nomen talis matriculati eum in Cathalogo scribat,

De Conseruatoria, & officio Conseruatoris.

Statuimus, quod Rector huius Vniuersitatis sit Assessor ordinarius Conseruatoris, vel subconseruatoris: & quod Conseruator, vel eius locumtenens non possit pronuntiare sententiā definitiuam, vel interlocutoriam habentem vim definitiuam, cuius grauamen non possit reparari in definitiuam, nisi cum cōsilio Rectoris, vel Doctoris assessoris in Cōsilio, annuatim nominati cū salario centum solidorū, ut latius dicitur in Rubrica de Assessore Cōseruatoris.

Item statuimus, ut solum gaudeant, & gaudere possint beneficio Cōseruatoria personæ infra scriptæ: scilicet, Rector, Cancellarius, Doctores, Magistri, Licētiati, & Cathedralici omnium facultatum, etiā Grammatici: similiter Bachalauerei

37.
huius, vel alterius Vniuersitatis, dummodo sint matriculati singulis annis, & actus Vniuersitatis sequantur: quales sunt associare Rectorē, in vesperis, & diebus sanctorū Luca, Catherina, Nicolai, & Lucia, & Cancellariū in gradibus Doctorum, Cōclusiones, & alia exercitia Vniuersitatis, vel maiorem eorum partē: omnes item actu studentes, siue audiant Grammaticam, siue aliquā aliam superiorem facultatē, si fuerint matriculati, & in libro matricule scripti: dū tamen sint actu studentes, & non aliās. Gaudeāt præterea eodē beneficio Syndicus, Notarius Vniuersitatis, Notarius Cancellarij, Bedellus, Receptor annuorum reddituum Vniuersitatis, Typographus Vniuersitatis, Procurator Vniuersitatis, & septē Nūtij tantum huius Curia, qui tamē eligantur habiles, & idonei ad suū munus cōmuniter, & sine fraude per se, & nō per alios exequēdū: omni dolo, & fraude cessate in tali nominatione.

Item statuimus, quod in Curia Conseruatoris nō possint nominari nisi septem Nuntij ad in ius vocandū, & literas deferēdū, & alia similia munera exequenda. Horū autē quinque, eligantur à Conseruatore de consilio, & consensu Rectoris, vel eius locumtenentis, in Rectoris defectū: reliqui tamen duo sint ad arbitrium Conseruatoris, dummodo tamen omnes sint habiles, & idonei ad suum officium exequendum. Ita

tamē quōd dictus Conseruator ultra predictos septem nuntios nullo modo possit alios creare: aliās autē si aliquis processus, vel causa intentetur, vel actitetur nomine alicuius, qui de supradictis non sit, nec dictas qualitates habeat, processus, & causa sit nullius momenti. Et qui ipsum nominauerit, condemnatur in expensis, & damnis: & qui ultra illos septem taliter fuerit nominatus nuntius, nullo prorsus modo gaudere possit Conseruatoria privilegij.

4 ¶ Item sequentes Bulla intētum, & formam statuimus, ut de cetero in omnibus processibus cuiuscunq; qualitatis, & quantitatis existat, procedatur quantū fieri possit summarie, simpliciter, & de plano: ita quōd iudex plenariū libellū nō exigat, litis contestationem non postulet, dilationū materiam amputet, & litem quanto poterit faciat breuiorem.

5 ¶ Itē statuimus, & declaramus, ut nullus ex supradictis qui beneficio conseruatoria gaudere potest, eo beneficio gaudeat, nisi in sua persona, & proprijs bonis suis: quæ uerē & non fictē sint sua: & quæ realiter & cum effectu habeat ut sua: & ius illorū non habeat, facilioris exactionis causa: atq; ita realiter, & uerē sint sua, ut intendat in proprios usus, utilitatēq; suā cōuerture, & de receptis, vel exactis alteri nullam reddere rationem. Et qui-

libet eorundem qui dicto beneficio gaudere uelit, & causam coram Cōseruatore agere, statim in principio ante litis cōtestationē, vel actū habētē vim, & uicē illius, teneatur iurare in posse domini Iudicis, per se, vel per procuratorem ad id specialiter deputatū, in iuribus, & actionibus, quæ ab alio quomocunq; habuerit, ita esse prout supra continetur: aliās si hoc iuramentū prestitum non fuerit, processus sit nullus, & actor in expensis, & damnis condemnatur omnino, & infalibiliter,

6 ¶ Præterea sigilli, & Notarij, & quarumcunq; literarū, receptionis testium, & aliorum memorialium, & actorum sint salaria eadē, quæ præstari, hucusq; sunt solita, eodem modo, atque in Curia Officialis domini Episcopi præstantur.

7 ¶ Et ut omnia ista inuiolabiliter obseruentur statuimus, quōd anno quolibet postridie possessionis Rectoris, in Consilio quo officia Vniuersitatis distribuuntur, nominentur cū Rectore quinque Doctores quinque facultatum, qui sint uisitatores, & uisitent per spatium octo dierum, si opus fuerit, Curiam Cōseruatoris: qui uideāt, & examinent, an rectē illic agantur omnia, & iuxta predictas leges, & Statuta processū fuerit in Curia illa. Quōd si Statuta non fuerint seruata, acta omnia cōtra Statuta facta aboleant, & annihilēt, & prorsus nulla declarent: puniendo,

niendo, si necesse fuerit, officiales, & personas in suis officijs deficientes. Pro cuius muneris executione, datur illis sex visitoribus, Rectori, scilicet & quinque Doctoribus plenitudo potestatis, ad puniendos delinquentes, & acta omnia confirmanda, vel infirmada, & anihilada. & cetera facienda, quae pro sumenda iudicio residentia fieri possunt, & debet.

Vbi debeant esse scripturae, & qui habere debeant claves Archivi.

1 **Statuimus,** quod scripturae Universitatis ponantur in quadam Arca, intra armarium alterum ex duobus quae sunt in Aula examinis secreti: & in Arca sint tres claves, quarum unam teneat antiquior Doctor Theologiae, aliam antiquior Doctor Jurium, aliam vero antiquior Doctor Medicina, & Thesaurarius habeat clavem Armarii.

2 **Præterea statuimus,** ut nulli deinceps tradatur aliqua scriptura Universitatis, cuiuscunque generis, aut qualitatis illa sit: nisi præcedente consensu, & determinatione Consilij dictae Universitatis. Et ille, cui scriptura, vel scripturae sic erunt tradenda, primitus, & ante omnia obligetur instrumento comanda, ad summam, & quantitatem quingentorum scutorum pro restituendis dictis scripturis: & in expensis, si quae forte fient in recuperandis dictis scripturis.

Quae festa obseruentur in Scholis, & quando incipiant lectiones.

V Certum sit, quae festa in nostra Universitate debeant observari, & quando incipiat studium, statuimus, ut deinceps studium incipiat in die Sancti Lucae, decimo octavo die Octobris: quod die Rector, Doctores, & Magistri, Cathedraci, & reliqui omnes Scholares audiatur Missa in capella Scholae. Qua audita fiat in Scholis maioribus oratio, quae studio rii initium appellatur: in qua etiam publicantur lecturae Cathedracorum: sequenti vero die omnes incipiant legere, quilibet suam Cathedram. Festa autem sequentia obseruentur.

Festa Mobilia.

A Sabbato Carnis primis usque ad feriã quartã Cinerum: in qua non ante, sed post prandium legitur.

A Sabbato in Ramis palmarum exclusivè, usque ad Dominicam in Albis inclusivè.

Festum Ascensionis Domini cum primis vespers.

Festum Penthecostes per tres dies tantum cum primis vespers.

Festum Corporis Christi cum primis vespers.

Item volumus, quod in hebdomada in qua nullum erit festum, dies iouis sit, & habeatur Assuetus: in quo conclusiones, & alia literaria exercitia

tiones habeantur.


Item in Quadragesima dies sabbati sit assuetus: quamuis alius dies festus in hebdomada fuerit obseruatus.

Statuimus etiam, quod in primo assueto post festum sancti Lucae celebretur in Scholis festum diuini Hieronymi.


Statuimus etiam quod Rector eligere possit unum, aut plures dies, pro sua deuotione in Scholis profectiuus obseruandos.

Immobilia Festa sunt.

OCTOBER.

die 28.  Imonis & Iuda apost.

NOVEMBER.

1.  Festum omnium Sanctorum cum primis vesperis.

2. Commemorationis defunctorum ante prandium.

11. Martini Episcopi.

25. Catherinae virginis à primis vesperis.

30. Andreae apostoli.

DECEMBER.

6. Nicolai Episcopi à primis vesperis.

7. Ambrosij Episcopi.

8. Conceptionis beatae Mariae.

13. Luciae virginis cum primis vesperis.

18. Expectationis Partus.

21. Thomae Apostoli.

24. A vigilia Natiuitatis Domini, usq; ad diem sancti Iuliani inclusiuè.

IANVARIVS.

20. Sanctorum Fabiani, & Sebastiani.

22. Vincentij martyris cum primis vesperis.

25. Conuersionis sancti Pauli.

FEBRVARIVS.

2. Purificationis beatae Mariae virginis.

24. Mathiae apostoli.

MARTIVS.

7. Thomae Aquinatis.

12. Gregorij Papae.

15. Orentij Archiepiscopi cum primis vesperis.

19. Iosephi sponsi Virginis.

25. Annuntiationis B. Mariae vir.

APRILIS.

16. Engratia, & sociorum.

23. Georgij martyris.

25. Marci Euangelistae.

MAIVS.

1. Philippi & Iacobi.

3. Inventionis sanctae Crucis.

19. Ibonis presbyteri, aduocati pauperum.

IUNIVS.

11. Barnabae apostoli.

24. Natiuitatis sancti Ioannis Baptistae.

Quo die cessat lectiones quauis Cathedralici Artium & Philosophiae suas prosequuntur lecturas, usq; ad festum Natiuitatis beatae Mariae virginis: quo die cessant lectiones, usq; ad festum sancti Lucae.

Item statuimus, quod in vesperis omnium sanctorum, Catherinae,

Nico-

Nicolai, Lucia, Vincentij, Laure-
tij, Pascha Spiritus Sancti, & Sa-
cratissimi Corporis Christi, post me-
ridiem in Scholis festū obseruetur,
& in vigilia Ascensionis Domini.

3 Statuimus etiam, quod in hebdo-
mada, in qua dies Iouis sit assuetus,
celebrentur Cōclusiones per turnū,
incipiendo à facultate Theologiae,
deinde iuris Canonici, postea iuris
Ciuilis, deinde Medicina. Et turno
finito, iterum incipiatur à Cathe-
dratico nobiliori. Et hic ordo serue-
tur per totum annum, incipiendo à
prima hebdomada, post festū Sacti
Martini. Et cōclusiones non possunt
esse nisi sex & solum de illa mate-
ria quā quisq; prælegerit: in Medi-
cina vero unico turno finiatur.
Quod si aliquis ex doctoribus, vel
Cathedraticis non habuerit Cōclu-
siones, pro quo magnam præstet dili-
gentia: tūc faciat repetitionē in sua
materia. Artista vero suas habeāt
cōclusiones semper in sabbatho, in
quibus nō teneatur Rector assistere,
cū tamē in alijs debeat ipse, vel eius
locū tenens præesse: & pro salario de-
tur Scholari sustineti octo solidi, Pa-
tri octo solidi, Rectori quatuor, Be-
dello quatuor, & quatuor primis
Scholaribus argumētantibus, uni-
cuiq; illorū duo solidi: quos soluit Re-
ceptor Suppressorū Vniuersitatis. In
hebdomada vero in qua Cōclusiones
non defenduntur die iouis, quoniā sit
aliquis dies festus: tūc solū celebrētur
post prandiū prædictæ Conclusiones.

De Cursibus & eorum

probatione.

Primò statuimus, quod
nullus omnino possit ha-
bere cursum in aliqua fa-
cultate, nisi prius sit examinatus
in Grammatica, & schedulā habeat
examinis, & approbationis à Re-
ctore Vniuersitatis, vel ab aliquo
alio examinatore electo, & nomi-
nato per Rectorem, ut transeat ad
facultatem aliquam audiendā: ita
quod ei nihil valeat pro cursu tem-
pus in aliqua facultate impensum,
quousq; schedulā examinis, & ap-
probationis habeat. Hanc autē sche-
dulā poterit quilibet, postquā extra-
xerit eam dare Notario Vniuer-
sitatis, ut eam in suo libro scribat:
ut sic semper, & quādocūq; cursum
primū in aliqua facultate probare
voluerit, de ea constare possit.

Item statuimus, quod quolibet
anno, si Rector per se noluerit exa-
minare Scholasticos promouēdos ad
facultates, teneatur eligere unum,
aut plures examinatores, qui præsti-
to in manibus Rectoris iuramēto
de benè, & fideliter in examine se
habendi, ritè, & rectè examinēt di-
ctos promouendos, nō admittendo,
nisi quos nouerint dignos in Grā-
matica, & habiles in Latinitate: ut
ceteras adeāt facultates: super quo
examinatorum consciētias onera-
mus. Hæc autem electio, seu exami-
natorum nominatio fiat à Rectore

f per

per totum mensem Septēbris, ut in mense Octobris usque ad diē sancti Luca decenter possit fieri examen omnium volentium adire alias facultates.

3 ¶ Item statuimus, quod similiter nullus habeat cursum in aliqua facultate, nisi prius sit matriculatus, & in libro matriculae quem habet Notarius Vniuersitatis fuerit inscriptus. Ita quod cursus ei nullo modo valere possit, nisi à die matriculae tantum, & non antea.

4 ¶ Item statuimus, quod unus cursus sit auditio in qualibet facultate per tempus maioris partis anni: ita quod saltem sit per sex menses & unum diem cōtinuē, & sine aliquo defectu. Si verò in illo tempore, diebus quibusdam defecerit, illos completè in reliquo alio tempore reassumere teneatur: aliàs non sit cursus, nec pro tali haberi possit.

5 ¶ Itē statuimus, quod etiamsi sit matriculatus, & habeat schedulā sufficiētiam in Grammatica: nullus tamen possit cursare in Theologia, vel Medicina, quin prius audierit cursum Artiū, & Philosophiæ omnino indispensabiliter.

6 ¶ Item statuimus, & de huius nostræ Vniuersitatis more declaramus, quod si quis in sex primis mensibus anni & uno die, ita cōtinuus fuerit in suis lectionibus, ut cursum suum eo tempore persoluerit: & reliquum sit aliquod tēpus anni, transacto & cōpleto iam cursu suo, siue

illud sit multum, siue paululum, nō possit id quod sibi superest temporis illi prodesse ad aliū cursum inchoandum, vel complēdum: sed per totum unum annum uno. & solo sit cursu cōtentus. Quod si inceperit post medium annum audire aliquā ex facultatibus Theologiae, Iuris Canonici, Iuris Caesarei, & Medicinae, & nō possit eo anno cursum perficere, possit sequenti anno quod deest ex illo cursu supplere, & insuper eo sequenti anno integrum alium cursum lucrari si per tempus licuerit.

7 ¶ Itē statuimus & declaramus, quod ad numerādos dictos sex menses, & unum diē pro cursu habēdo, computātur etiā dies festi, & dies vacationū, quae sunt in Natiuitate Domini, & Hebdomada Sācta, & Paschate Resurrectionis, & Pēthe costes, & quae sunt in alijs diebus, usque ad natiuitatem sancti Joannis: tanquā si in illis diebus auditores suas lectiones audiuisent: dummodo tamen Scholastici cursauerint, & audierint suas lectiones ordinarias pridie festi, vel vacationis, & non aliàs.

8 ¶ Item statuimus, quod probatio cursuum fiat per duos testes, vel plures, qui cum iuramento affirmant iuxta huius Vniuersitatis statuta, illum, cuius sit probatio, audiuisse totum illud tempus completum. Fiat autem hac probatio corā Rectore, vel saltem apud Notariū Vniuersitatis, cui potestas cōceditur inter-

rogandi testes legitime, & iuridice, cum iuramento, & ceteris requisitis. Qui autem quolibet anno completo suo cursu voluerit illum probare, possit, etiam si nollit recipere gradum. Pro cuiuslibet autem cursus probatione dentur Notario sex denarij, ut in suo libro scribat fideliter cursum esse probatum tali die, & sub talibus testibus.

De Bachalaureandis in communi.

I Statuimus, quod nullus possit gradum Bachalaureatus sumere in hac Uniuersitate, nisi prius probauerit cursum, qui in illa facultate requiruntur legitime audiuisset, non in aliquo Collegio, vel Conueto, sed in hac nostra Uniuersitate, vel in aliqua ex approbatis in ista.

2 Item statuimus, quod nullus possit gradum Bachalaureatus sumere, nisi prius fuerit matriculatus, & descriptus in libro matricule illius anni.

3 Item statuimus, quod probatio cursuum fiat, vel per literas testimoniales legitime emanatas ab aliqua Uniuersitate, vel per duos testes iuridice interrogatos: vel si tantum fuerit unus testis, loco alterius testis admittatur iuramentum cursantis. Si vero nullus sit testis, non admittatur iuramentum cursantis, nec eius iuramento relinquatur probatio.

⁴³
4 Item statuimus, quod Rector, vel Cancellarius non conferant gradum Bachalaureatus alicui, quin prius fecerit professionem fidei, iuxta Sacrosancti Concilij Tridentini Decretum.

5 Item statuimus, quod Bachalaureandus antequam examinetur, vel per lectionem publicam in iuribus, vel per Conclusiones in ceteris facultatibus, soluat Sindico Uniuersitatis omnes propinas Arca, Rectoris, Patris, Doctorum, & aliorum: super quo Syndicus, cui hoc incumbit, teneatur informare Rectorem, ut ultra non procedat, nisi solutis iuribus. Quod si propter incuriam Sindici aliter euenerit, soluat omnia iura ante dationem gradus: ut in sequenti est Statuto decretum.

6 Item statuimus, quod in Bachalaureatu iuris Canonici, vel Ciuilibus ante lectionem publicam, vel saltim statim post eam, ante collationem gradus, soluantur omnes propinae: in Bachalaureatu uero Theologiae, Medicinae & Artium, absolutis disputationibus, dum soli remanent cum Rectore Doctores, antequam suffragia prestent, datur propina Rectori, & Doctoribus interessentibus: dum uero suffragia prestant, existenti extra aulam Patri datur sua propina, similiter & Bedello, Thesaurario datur propina Arca per totum illum diem, Cancellario uero datur antequam conferat gradum: salarii autem Notarij seruare debet Syndicus

44
cus quousque charta, vel litera testimoniales Bachalaureato tradantur.

- 7 **I**tem statuimus, quod in omnibus Bachalaureatibus, Artium, Medicina, & Theologia idē sit ordo conferendi gradum, scilicet per approbo, & reprobo: datis cuiilibet Doctōri, vel Magistro. A. & R. ut secretē per unū ex illis literis, vel approbent, vel reproben, & à maiori parte fiat iudicium: si verò pares fuerint, Rector habeat votum, & non aliās. In Iure autem Canonico, vel Ciuili probatis cursibus, & habita lectione, ad solum Rectorem pertinet approbatio.

De Bachalaureandis in Theologia.

1 **S**tatuimus, quod nullus possit sumere gradum Bachalaureatus in sacra Theologia, nisi prius fuerit Bachalaureus in Artibus, in hac, vel alia Vniuersitate approbata: & quod sit matriculatus, & in matricula illius anni descriptus.

2 **I**tem statuimus, quod nullus possit gradū Bachalaureatus in Theologia sumere, nisi prius probatos habuerit quatuor cursus in Theologia, quā dicunt Scholasticā, & illo eodē, vel alio tēpore duos cursus audierit in Biblia, seu Scriptura sacra. Probatio autē cursuum fiat eo modo, quo dicitur in Statuto sub Rubrica de cursibus, & eorum probatione.

3 **I**tem statuimus, quod quilibet gradum istum suscepturus defendat publicē aliquas Conclusiones Theologas, saltim per dimidium diē: quibus intersint Rector & Doctores facultatis. Absolutis tamen Conclusionibus remaneant soli Rector & Doctores Theologi: & absente Patre, qui cōmendato filio Doctores, exit ab Aula, Doctores per. A. & R. praestant suffragia secretē. Et si inueniatur plures. A. quā. R. erit approbatus: si autē è contrario erit reprobat, & non admittitur: si autē fuerint vota paria, tunc Rector poterit publicē votū suū praestare, & iuxta partē cui adhaerit, admittatur, vel dimittatur. Si ergo fuerit admissus, sumpto actu per Notariū Pater ibidem si Rector fuerit Cancellarius sin autem, alibi presentet eum Cancellario: qui ritē informat, & constando sibi de requisitis facta prius professione fidei per Bachalaureandū conferat illi gradū, iuxta vota, & suffragia Doctorū, & non alio modo.

4 **I**tem statuimus, quod quilibet Bachalaureandus in Theologia habeat Bibliā, & quatuor partes sancti Thomae, vel saltim loco Partium habeat Magistrū Sententiarum, aliās non cōsequuturus gradū illū.

De Bachalaureandis in Artibus.

1 **S**tatuimus, quod Bachalaureandus in Artibus, si nō fuerit filius Vniuers-

uerſitatis, debeat habere in Logica,
 & Philoſophia tres curſus proba-
 tos, eo modo quo dicitur in Rubrica
 de curſibus, & eorum probatione.
 † Qui autem fuerit huius Uniuerſi-
 tatis filius, & ordinarius auditor, ſi
 in tertio anno ſui curſus per tres
 meſes à die ſancti Luca cõinũe au-
 diuerit, poterit de licentia domini
 Rectoris ſeruatis ſeruãdis gradum
 ſumere. Qua diſpenſatio fit, ut om-
 nes audientes illum curſum poſſint
 illo anno, & ſub ſui præceptoris præ-
 ſidio gradum ſumere.

2 ¶ Item ſtatuímus, quòd qui volue-
 rit fieri Bachalaureus in Artibus,
 defendat ſaltim per dimidium diẽ
 ante prandium, vel à prandio arbi-
 trio Rectoris, Concluſiones aliquas
 Logicas, & Philoſophicas. Quibus
 finitis, preſtitis propinis, conferat illi
 Cancellarius gradum, ſine alia ad-
 miſſione Doctorũ facultatis: facta
 tamen profeſſione fidei iuxta teno-
 rem ſacri Concilij Tridentini, ante
 gradus collationem.

3 ¶ Item ſtatuímus, quòd nullus ad
 gradum Bachalaureatus in Arti-
 bus admittatur, niſi habuerit libros
 ſua facultatis, ſaltim textum Logi-
 ca, & Philoſophia Ariſtotelis.

**De Bachalaureandis in
 Iure Canonico.**

1 ¶ Statuímus, q̄ qui Bacha-
 laureatus gradũ ſumere
 velit in Iure Canonico, ha-
 beat probatos quatuor curſus audi-

tionis in hac, vel alia Uniuerſitate
 ex approbatis in iſta: probetq̄, quòd
 interim dum præfatos curſus audi-
 uit, vel aliàs, unum ſaltim curſum
 ex Decretorũ libro audiuit. Qua
 omnia nota ſint Rectori modo iam
 dicto in Rubrica de curſibus, & eo-
 rum probatione.

¶ Item ſtatuímus, q̄ ſicut in alijs 2
 huiusmodi gradibus, qui hũc ſuſci-
 pere velit, ſit prius matriculatus in
 matricula illius anni, & faciat pro-
 feſſionem fidei, iuxta ſancti Concilij
 Tridentini decretum.

¶ Item ſtatuímus, quòd probatis 3
 iã ſuis curſibus, prælegat decẽ lectio-
 nes in decem diebus, & qualibet il-
 larum duret ſaltim quaſi per dimi-
 diam horam: ultimã autẽ prælegat
 corã Rectore, & Patre, & alijs vo-
 lentibus intereſſe, duretq̄, ad libitũ
 Rectoris. Qua absoluta, factaq̄, pro-
 feſſione fidei, ad petitionem Patris,
 Rector confert illi gradum quãdo,
 & ubi vult.

¶ Item ſtatuímus, quòd etiã ſi hæc 4
 omnia in Bachalaureandis in Iure
 Canonico requirantur, ſi tamẽ ali-
 quis ex cauſa petierit à Cõſilio di-
 ſpenſationem, poſſit diſpenſari cum
 eo in vno tantum curſu, cum his ta-
 mẽ cõditionibus: Primo, q̄ propter
 petendam diſpenſationẽ in ultimo
 anno (qui eſt annus diſpenſandus)
 probatis iam ceteris omnibus cur-
 ſibus, ut dicitur in Rubrica de di-
 ſpenſationibus, publice defendat Cõ-
 cluſiones illius facultatis. Secundo,

f 3 quòd

quod in Consilio ex quatuor partibus tres saltem inueniantur dispensantes. Tertio & ultimo, quod in illo Consilio saltem sint decem & sex Consiliarij, & non pauciores, ut in Rubrica de dispensationibus dictum est.

¶ Item statuimus, quod si aliquis, qui iam est Bachalaureus in iure Ciuili, velit sumere eundem gradum in iure Canonico, sufficiat illi quod post Bachalaureatum habeat unum cursum probatum in iure Canonico: nam tunc seruatis ceteris requisitis potest recipere gradum Bachalaureatus in iure Canonico sine dispensatione aliqua.

De Bachalaureandis in iure Ciuili.

1 **S**tatuimus, quod Bachalaureandus in iure Ciuili habeat quinque cursus, quos probet se audiuisse in hac, vel alia Uniuersitate approbata, modo iam dicto sub Rubricis precedentibus.

2 ¶ Item statuimus, quod in uno tantum cursu possit fieri dispensatio eisdem modo, & forma seruatis in dispensatione, que prescripta sunt sub Rubrica precedenti, in dispensatione cursus Iuris Canonici, & cum eisdem conditionibus ibidem expressis.

3 ¶ Item statuimus, quod si Bachalaureus in iure Canonico velit sumere gradum in iure Ciuili, possit id efficere, si probauerit, se post Bachalaureatum duos habere cursus in iure Ciuili, quos ad tale gradum

sibi sufficere volumus: dummodo cetera omnia Statuta seruentur.

¶ Item statuimus, quod reliqua omnia statuta, que seruatur in Bachalaureatu iuris Canonici, mutatis mutandis seruentur in Bachalaureatu iuris Ciuilis: & similiter ceremonia, ordo, & modus conferendi gradus, & alia omnia eodem modo se habeant in gradibus utriusque iuris.

De Bachalaureandis in Medicina.

¶ Statuimus quod nullus possit admitti ad gradum Bachalaureatus, in Medicina, nisi sit Bachalaureus in Artibus, ut in Rubrica de Bachalaureandis in Theologia dictum est.

¶ Item statuimus, quod Bachalaureandus in Medicina habeat probatos quatuor cursus, in hac, vel alia Uniuersitate, & unum cursum de practica cum aliquo Doctore.

¶ Item statuimus, quod Bachalaureandus in Medicina habeat libros sue facultatis saltem Aphorismos Hippocratis, librum Galeni methodi medendi, & de Naturalibus facultatibus, & de Temperamentis, & de Morbo, & Syntomate, & de Locis affectis, & unum librum, aut plures de Practica.

¶ Item statuimus, quod omnia in Bachalaureatu sacra Theologia, disposita mutatis mutandis in hoc gradu seruentur, scilicet quod Conclusiones sint de Medicina, & inter

ter eas sint nonnulla ad praxim spe-
ctates. Examē, verò approbatio, vel
reprobatio, cæremonia, & cætera
omnia fiant vt in Bachalaureatu
Theologorum statutum est.

De Bachalaureandis in Chirurgia.

- 1 **S**tatuimus, q̄ Bachalau-
reāduſ teneatur prius pra-
cticare per ſex annos cum
aliquo Magiſtro huius facultatis,
qui in aliqua Ciuitate, vel nobili
villa pro tali habeatur.
- 2 **I**tem ſtatuimus, q̄ in examine
cuiuslibet Bachalaurei ſint exami-
natores duo Doctores in Medici-
na, per turnum, & ordinē antiqui-
tatis nominandi: qui per actō exami-
nē adinuicem cōferant inter ſe,
& conſulant ſuper gradu. Quod ſi
ambo fuerint conformes in appro-
batione, vel reprobatione, ad eorū
vota, vel approbetur, vel reprobe-
tur Bachalaureandus: ſi autē fue-
rint diſcordes, vocetur antiquior
Doctor eorum qui non intrauerit
illud examen, & illa ſit potior, &
ſequenda pars, cui ille tertius ad-
haſerit.
- 3 **I**tem ſtatuimus, quod examen
fiat in domo antiquioris ex duobus
examinatoribus, nō in domo tertij.
- 4 **I**tem ſtatuimus, quod pridie exa-
minis detur in punctis aliquid de
Guido, ſuper quo, & alijs rebus exa-
minatores interrogēt laureandum.
- 5 **I**tem ſtatuimus, quod examine

47.
per actō Doctores examinatores fa-
ciant Cancellario relationē de eius
ſufficientia, & Notarius Vniuerſi-
tatis faciat eidem Cancellario re-
lationem de curſibus probatis, &
cæteris requiſitis. & tunc Cancellarius
ad votum Doctorum exami-
natorum, & nō alio modo, conferat
illi gradum, & concedat literas.

De licentiandis in ge- nere.

Primò ſtatuimus, quod Li-
centiandus in qualibet fa-
cultate ſit primò Bacha-
laureus in eadē, laureatusq̄, non in
Collegio, vel Conuentu, ſed in Vni-
uerſitate per noſtram approbata, q̄
ſi alterius eſt Vniuerſitatis, ante-
quā ultra progrediatur, matricu-
letur, adeatq̄, Rectorē, qui designa-
bit Patrem cui per turnū cōtigerit
patrocinari: de cuius Conſilio diem
ad publicas tenendas preſcribet.

Item ſtatuimus, quod Publice
illæ (ſue lectiones, ſue conclusiones
fuerint) ad libitū licētiandi poſſint
fieri paucis, multisue diebus ante li-
centiaturam: quod ſi teneātur octo
tantum diebus ante præſentationē
licentiandi in Conſilio, tunc qui fue-
rit Pater in publicis ſit Pater in
examine ſecreto, & in Doctoratu:
etiā ſi hoc temporis octo dierū ſpatio
ueniat aliquis, qui per turnū Pa-
tris officium ſortiebatur.

Item ſtatuimus, q̄ paternū hoc
munus per turnum omnibus Docto-
ribus

48
ribus facultatis deferatur: & quod
in Theologia, Iure Canonico, & Ci-
uili, & Medicina datur octuagin-
ta solidi pro Patrinatione quorum se-
xaginta diuidantur equaliter ut
moris est inter Doctores existentes
in examine illius Licentiandi: vi-
ginti vero datur Thesaurario Con-
fraternitatis nostra vniuersitatis,
cui sunt applicati. Ultra hoc autem
singulis Doctoribus facultatis exi-
stentibus in examine, & votum suum
prestantibus dantur de propina tri-
ginta solidi.

4 Item statuimus, quod Licentiandus primo presentetur per Patrem
Rectori, & Consilio, sequenti statim
die presentandus est Cancellario: qui
tunc constando sibi de requisitis ad-
mittit presentationem, & assignat
diem sequentem, & horam ad puncta
suscipienda. Hac presentatio potest
ubilibet fieri coram Cancellario,
presentibus tamen laureando, & eius
Patre, Notario Cancellarij, Bedello,
& testibus. Suscipienda sunt puncta
in hunc modum: hora tertia, vel
quarta ad sonum campanae debent
adesse in domo Cancellarij, Rector,
& Doctores, & pulsata hora statim
& sine mora omnes Doctores fa-
cultatis cum suis togis super hume-
ros, sine Birreis floccatis incedant cum
Cancellario seruato antiquitatis
ordine ad Ecclesiam maiorem: fa-
ctaque breui oratione ad sanctissimum
Sacramentum, Capitulum Canoni-
corum ingrediantur, ibique per or-

dinem sedentibus, nouissimus Doctor
assignat primum punctum aperiendo
librum tertium, antiquior vero Doctor
secundum cuius rei facto publico in-
strumento Licentiandus cum Patre sta-
tim se in suam domum recipit, ut se ad
diem sequentem praeparat. Doctor
autem qui in illo actu cum toga non
comitatur Cancellarium a domo sua,
perdat propinam illius Licentiati,
nisi iustam habuerit excusationem,
iudicio Cancellarij, & duorum Do-
ctorum antiquiorum illius facultatis
Si autem assignationi punctorum
non fuerit praesens, omnino amittit
propinam, nulla excusatione admissa,
nisi, vel fuerit infirmus, vel pro re-
bus Vniuersitatis absens a Ciuitate,
ut dicitur infra: vel si fuerit di-
spensatum, ut duo actus uno die fieri
valeant: tunc enim absentes gaudent,
ac si praesentes essent in punctis. Quar-
to vero die eadem hora punctorum, a
domo Cancellarij, Rector, Licentiandus,
& Pater caeterique Doctores to-
gati eodem ordine procedant ad Au-
lam examinis: fiatque ibi examen in
lectione, & argumentatione, argua-
turque hoc ordine primum Doctor, qui
primum punctum dedit, deinde Can-
cellarius, si fuerit Doctor illius fa-
cultatis, tertio Rector si similiter sit
Doctor in eadem: postea antiquior
Doctor, ac tandem reliqui usque ad
ultimum iuxta suam antiquitatem.
Reliqua omnia seruetur in exami-
ne secreto, quae hactenus obseruata
sunt de huius Vniuersitatis more.

Item

5 Item statuimus, quod actus illi quatuor videlicet presentatio Re-
ctori, in Consilio, presentatio Can-
cellario, Puncta, & examen, fiant
quatuor continuis diebus, nullo mo-
do interpolatis. Potest tamen Consi-
liam iusta ex causa dispensare ut
duo actus fiant uno die: id tamen sit
saluo iure absentiu. Quod sic est in-
telligendū, quod absens, qui propter
dispensationē predictā nō interfuit
punctis (quibus alias tenebatur esse
presens) si venerit antequā intrent
examen, possit etiam ingredi, & su-
mere propinā, sicut reliqui: si vero
venerit, existentibus iam in exami-
ne, & ianua clausa, nihil de illo Li-
centiato percipere, vel pretendere
possit.

6 Item statuimus, quod assignatis
punctis Licentiando Bedellus cum
tubis deferat secum decē capsas, in
quarum qualibet sit una libra con-
fectionū, usq; ad valorē quinq; vel
sex solidorū tantū: & distribuatur
quatuor studij Assignatis, Iustitie,
& tribus alijs Iuratis, Conseruato-
ri, & Receptori Vniuersitatis, &
in eorum domibus relinquatur, pul-
satis ibi tubis, & ad fores Doctorū
illius facultatis (ut moris est): tribus
autem Notarijs, Cancellarij, Uni-
uersitatis, & Ciuitatis, ac Thesau-
rario Vniuersitatis detur cuiuslibet
eorum dimidium confectionū qua
sunt in capsas.

7 Item statuimus, quod examine
peracto detur Cancellario, Rectori,

49
& Doctoribus refectione leuis arbi-
trio Licentiandi, & similiter detur
singulis duo cerei mediocres vnus
libra paulo plus, vel minus.

8 Item statuimus etiam, quod qui gra-
dum licentiaturæ in forma dignita-
tis sumpserit, possit ad libitū magnā
præbere refectionem & cereos ma-
gnos, vel funalia dare: idēq; liceat
Rectori & Cancellario, qui gradū
licentiaturæ, sumpserit. Alijs autem
licentiandis notificatur, refectionē
esse voluntariam: ita ut illorum sit
arbitrium magnos vel exiguos fa-
cere sumptus.

9 Item statuimus, Rectorem post
possessionē, & Cancellariū (etiā si sit
nominatus: & presentatus tantū ad
officium Cancellarij) posse in forma
dignitatis graduari: sunt enim no-
stra Vniuersitatis maxima digni-
tates.

10 Item statuimus, quod Rectori
& Cancellario, ijs etiam qui gradu
in forma dignitatis decorantur, &
Canonicis Sedis Oscensis, ac filijs
naturalibus huius Ciuitatis publi-
cetur titulus Licentiaturæ, ante-
quam exeant ab Aula examinis.
Ceteris vero omnibus, nō ibidē, sed
sequenti die in Ecclesia, vel ubi
Cancellario bene visum fuerit, præ-
sentibus tamen cum Cancellario,
Licentiato, & eius patre, Sindico,
Bedello, Notario Cancellarij, &
testibus publicetur. Gradus tamen
præfatus non conferatur, nisi emissa
prius per Licentiandū professione
g fidei,

50.
fidei, iuxta decretum sacri Conci-
lij Tridentini.

11 ¶ Itē statuimus, quod finito exa-
mine, & actibus eius, eodem quo ve-
nerunt ordine reuertantur in do-
mum Cancellarij: & inde ad domū
Rectoris: quo ibi relicto, ad domum
Licentiati noui procedunt, nisi ha-
bitauerit in diuersorio cōmuni, tūc
enim eant ad domum Patris cum
solemnitate luminariorū, & sonitu
tubarū, & aliorum instrumentorū
musicorum: nisi vel propter pluuiā,
vel alia graui de causa aliter egre-
diendum sit à Scholis: quod iudicio
Cancellarij, & Doctorum relinqui-
tur, pro tēporis opportunitate dispo-
nendum. Nullusq; possit discedere,
antequam Licentiatus domi relin-
quatur, nisi ex causa licentiam à
Cancellario obtinuerit.

12 ¶ Item statuimus, qd examen Li-
centiandorū omnes Doctores facul-
tatis, siue graduati, siue incorporati
ingrediantur: quibus detur propina
solita, quam etiā recipiant Docto-
res infirmi, & qui pro rebus Vniuer-
sitis sint absentes, missi specialiter
à Consilio. Infirmis tamen nō detur
propina, nisi prius de infirmitate
Vniuersitati, vel Collegio illius fa-
cultatis, in qua gradus sumitur, cō-
stiterit, per relationē cum iuramēto
duorum, vel saltim vnius Doctoris
Medicinae. Cetera verò præter pro-
pinā interessentibus erogentur. De-
claramus enim id quod diximus de
infirmis, & specialiter à Consilio mis-

sis, non esse intelligendum de Patri-
natu, aut confectionibus, neque ce-
reis.

¶ Item statuimus, qd postquam in 13
examine Licentiati semel fuerit
clausa ianua Aulae, nulli persona,
cuiuscūque dignitatis, gradus, vel
cōditionis existat, neque pro quauis
necessitate aperiatur, usque ad fi-
nitum examen.

¶ Item statuimus, qd in examine 14
cuiuslibet Licentiati saltim sint
tres examinatores, ita qd in exami-
ne interueniant Cancellarius, Re-
ctor, Pater & Licētiandus, & tres
examinatores, qui possint examē per-
ficere. Quod si defecerint, sumatur
de alijs facultatibus, hoc modo: qd
in defectum Theologorum, examē
Licētiati Theologi, Juris Canonici
Doctores ingredi valeant, & in de-
fectum Juris Canonici, admittatur
vice versa Theologi: in defectū ta-
men Medicorum, Magistri Ar-
tium liberaliū examen conficiant:
& si deficiant Magistri in Arti-
bus, intrent promiscuē, & in equali
numero Theologi, & Medici, aut
per turnum, quod in vno Licētiato
intret Theologus Doctor, in alio
verò Doctor Medicus.

De licētiandis in Theo- logia.

¶ Rimò statuimus, quod nul-
lus ad gradum licentia-
tura in Theologia possit
promoueri, nisi prius sit Bachalau-
reus

- reus in Theologia in hac, vel alia Vniuersitate.
- 2 ¶ Item statuimus, quod nullus admittatur ad gradum huiusmodi Licentiatu-
rae, nisi sit Diaconus ordinatus, vel Subdiaconus: ita tamen, quod ex causa possit dispensari in Diaconatu, solutis iuribus Caxae à maiori solū parte Cōsiliij. In Subdiaconatu uero nullo modo possit dispēfari, neq; mutari Statutum hoc.
- 3 ¶ Itē statuimus, quod nullus fieri possit Licētiatus in Theologia, nisi prius non limitato tempore defendat per totū diem Conclusiones generales, quem actū tentatiuam dicimus: in quo, & omnes Doctores argumētentur, & alij uiri docti, licet non sint Doctores. Deinde si quid reliquum fuerit temporis, & per actū actū ceteris omnibus recedētibus, soli Doctores facultatis cū Rectore in eadem Aula remanentes, & excluso Patre decernant inter se, an qui tenuit tentatiuam sit admittēdus ad rigōrosū examen Licentiatu-
rae: & si maiori parti Doctorū interessentium uisum fuerit, quod admittatur ad examen, quādo ipse uoluerit poterit presentari Rectori, & Consilio: si autē non fuerit admissus à maiori parte, fiat similiter eius rei relatio Rectori, ut eum nullo modo presentet Consilio, cum non sit admittendus.
- 4 ¶ Item statuimus, quod nullus ad gradū Licentiatu-
rae in Theologia possit admitti, nisi prius in hac, vel

alia Vniuersitate approbata materias Theologicas praelegerit publicè per duos annos, annū à maiori parte anni computando: uel infra illos duos annos duas diuersas Conclusiones generales, priores de questionibus speculatiuis, alias uero de materia morali duobus diuersis diebus sustinuerit, ad finē recipiendi gradū Licentiatu-
rae: de quibus constare debet instrumento publico Rectori.

¶ Itē statuimus, quod dum de ceteris constet, si Licētiandus in Theologia sit suscepturus puncta, ad rigōrosū examen sub eundem assignētur de Magistro Sententiarū, hoc ordine: quod primo Licentiando dētur duo pūcta: primum de primo libro Sententiarum, & secūdum de secundo. Sequenti graduando primum punctum sit de libro secundo Sententiarum, & secūdum de tertio libro. In tertio uero examine primum punctū erit de tertio libro Sententiarū, secundum autē de quarto libro. In quarto tādē examine primum punctum erit de quarto libro Sententiarum, & secūdum de primo. Quo ordine seruato postea reuertatur ad primū punctum, primo gradui supra assignatum. Et sic examina quatuor libros Sententiarum amplectentur.

¶ Item statuimus, quod tentatiua Conclusio fiat ante presentationem Licentiandi in Consilio: nisi ex graui causa Consilium decreue-

rit pro tunc alium esse ordinem seruandum.

De Licentiandis in Iure Canonico.

Statuimus, quod nullus possit admitti ad gradum Licentiatum in Iure Canonico, nisi fuerit eiusdem iuris Bachalaureus in hac, vel alia approbata Vniuersitate, et post Bachalaureatum prælegerit materias Iuris Canonici per duos annos in hac, vel alia Vniuersitate approbata: quod per publicum instrumentum, vel per testes constare debet Rectori.

Item statuimus, quod antequam ad gradum procedatur, Licentiandus habeat Publicam in sua facultate: Idest legat de aliqua re singulari Iuris Canonici, ante, et post prandium: ante prandium per unam horam paulo plus, vel minus, arbitrio Rectoris, à prandio uero per dimidiam horam, vel circiter, prout Rectori bene visum fuerit. Horas autem harum Publicarum assignet Rector, easque Licentiandus prælegat antequam in Consilio presentetur: nisi aliud ex graui causa Rectori, et Consilio placuerit.

Item statuimus, quod ad rigorosum examē subeundum primū punctum Licentiandi sit de Decretalibus, secundum uero de Decreto.

De Licentiandis in Iure Ciuili.

Licentiandus in Iure Ciuili sit Bachalaureus, et quod post Bachalaureatum prælegerit per duos annos in aliqua Vniuersitate materias Iuris Ciuilibus, et quod habeat Publicas de materia Iuris Ciuilibus, eodem modo, et ordine quo dictum est de Iuris Canonici Licentiandis.

Puncta autem ad examen Iuris Ciuilibus sint, primū de Digesto ueteri secundum uero de Codice. Cetera omnia ut disposita sunt in Rubrica de Licentiandis in communi seruentur.

De Licentiandis in Medicina.


Statuimus, quod Licentiandus in Medicina sit Bachalaureus Artium, et Medicina, in Vniuersitate approbata, et post Bachalaureatum per duos annos prælegerit in eadem aliquas materias Medice facultatis, vel per idē tēpus duorum annorum practicauerit de re Medica in aliqua Ciuitate, vel nobili villa: quod constare debet Rectori iuridice, vel per publicum instrumentum, vel per fide dignos testes: super quo possit etiā dispensari à maiori parte.

Item statuimus, quod antequam quis admittatur ad gradum Licentia defendat publice per totum unum diem aliquas Conclusiones Medice facultatis, in quibus argumententur Doctores, et alij uiri docti

docti. Et cetera omnia in processu
Conclusionum, & suffragijs Docto-
rum fiant, sicut dictum est in Statu-
to tertio de Licentiandis in Theo-
logia.

- 3 Item statuimus, quod ad rigo-
rosam examinem primi Licentiandi
primum punctum assignetur de Apho-
rismis Hypocratis, & secundo Li-
centiando assignetur de Arte parua
alternatim. Secundum vero punctum
semper sit ex Auicena.

De Licentiandis in Ar- tibus.

1  Vm huius Scientie cog-
nitio, quasi via quadam
sit ad alias, & plerumque ea
perquirant ij, quibus fortuna aua-
ra, natura vero liberalis existit: ne
eorum labores fortuna iniuria debi-
tis defraudentur premijs, quibus
maxime animus ad difficillimas al-
licitur, paupertatis eorum miseretes,
& ad coronam parua pecunia incō-
modo hortantes, salaria, & iura cō-
stituimus quae inferius (ubi ad alias
etiam facultates assignantur) sub
Rubrica de Licentiandis in Artibus
continentur.

2 Item statuimus, ut qui Licen-
tiaturam gradum sumere velit ante
omnia sit Bachalaureus in hac no-
stra Uniuersitate, vel in alia ex
approbatis per Statuta eiusdem.


3 Item statuimus, quod antequam
ei puncta assignentur ad secretum
examen defendat publice per dimi-

53.
dium diem duodecim Cōclusiones,
quarum prima sit ex Prædicabilibus,
altera de Prædicamentis, tertia de
Perihermenias, quarta ex libro
Priorum, quinta ex libro Posteriorum,
sexta ex libro Topicorum, septima, &
octaua ex libro Physicorum, nona ex
libro de Cælo, decima ex libro de
Genera. & Corrup. undecima, &
duodecima ex libro de Anima: su-
per quo actu nulla sit dispensatio. Et
fiat actus coram Rectore, Patre, &
Doctoribus facultatis: quibus solis
licebit easdem impugnare: & serua-
buntur alia, quae in tertijs Theo-
logorum constituta sunt.

Puncta autem assignabuntur ex Ari-
stotele in Consilio a nouiori, & anti-
quiori ex Doctoribus: primum ex Phi-
losophia, & ex Logica alterum.
Fiatque relatio Cancellario de assigna-
tis punctis. Intrabunt vero examē se-
quenti die assueti hora, Rector, Cæ-
cellarius, & Doctores facultatis, & da-
bitur propina inferius taxata uni-
cuique, & modica refectio, quae non
excedat quadraginta solidos Iac-
censes, & duo cerei ponderis unius
librae, parum plus vel minus, nulla
habita discretione inter Patrem, &
alios, ut in alijs solet.

De modo & forma con-

ferendi Gradus Licentiaturæ, & Do-
ctoratus in forma dignitatis.

1  Vm diuersarum personarum
diuersa sit habenda ratio,
& discretio statuum, &

g 3 dig.

54.
dignitatū diuersum postulare videatur ordinem procedendi in conferendis gradibus: ob eam rē in perpetuum etiam statuimus, ut si quis Cardinalis, Patriarcha, Primas, Archiepiscopus, Episcopus, Abbas, vel alia huiusmodi dignitatis, aut Decanus Ecclesie Cathedralis, vel Prior insignis Ecclesie collegialis Canonorum, vel alia Ecclesiarū dignitates, seu personatus, vel Officiales generales Episcoporum, & Clerici de quibus Consilium huius Uniuersitatis censuerit, eandē habendam esse rationem, ut eo privilegio gaudeant: Aut etiam Officiales Seculares Regij ut sunt Iustitia Aragonū, eiusq; Locumtenentes, Cancellarius, vel vicecancellarius Locumtenentes generales, & Summorū Senatū Reginū Auditores, Inquisitores Generales, & alij similiter viri, & persona Regia, vel alijs grauib; officijs incumbentes, & viri illustres, qui summa nobilitate gaudent, de quibus etiam Consiliū Uniuersitatis iudicauerit iustū, ut simili privilegio, & honore gaudeant. Si omnes igitur supradicti, aut aliquis eorum in hac Uniuersitate sumpturus gradum, eum velit sumere in forma ordinaria, eius electioni relinquatur: si tamē nō in ea forma, sed in alia (quam dignitatū formam in hac Uniuersitate appellamus) voluerit gradu insigniri, hic est ordo constituendus & forma seruanda. In primis per se, vel per legi-

timum ad id constitutum procuratorem presentetur Rectori, qui facta sibi presentatione, eā referat in Consilio factaq; ibidē approbatione, relatio de eadem, presentatioq; Cancellario fiat, aut eius locumtenēti si Rector Cancellarius, nō fuerit. Postmodū assignetur hora octaua, vel nona ante meridiē diei sequētis ad puncta suscipienda, in loco quē Cancellarius elegerit, & fiat intimatio per Bedellum, aut Syndicū volenti suscipere gradū, ut eat, vel mittat (si noluerit ipse ire) procuratorē ad locum destinatum, hora signata ad suscipiēda puncta: quae assignari debent à Doctore nouiori coram Cancellario, & Rectore tantum. Et sequenti die, hora tertia, vel quarta, (ita quod possit per triginta horas studere) ingrediatur rigorosum examen, ibiq; prout sibi placuerit ad locum examinis, ubi aderunt Cancellarius, Rector, & Doctores facultatis, qui iuxta cōsuetum morē perficiāt examē. Et si Licētiatus velit statim Doctoris gradum sumere, peracto primo pūcto egrediatur ab Aula, & dū sumitur refectio, suffragiaq; à Doctoribus prestantur, recogitet lectionē Doctoratus, de textu quē ipse elegerit. Cui facta prius professione orthodoxa fidei iuxta propriū motū, publicetur titulus Licētia, & mox ad lectionē Doctoratus accedat. Quae peracta per Cancellariū gradus Doctoris publicetur susceptis ab eo ordinarijs iuramētis.

Qui

2 Qui vero secundum presentis Statuti formam velit gradum suscipere, pro Licentiatu soluat salaria quae sequuntur. Cancellario centum & quadraginta solidos, Rectori sexaginta, Patri centum & viginti, ex quibus detur viginti Priori Confraternitatis Studij, Arca ducentos, unicuique Doctori quinquaginta, Sindico sexdecim, Bedello triginta, Notario Cancellarij quinquaginta, Notario Vniuersitatis decem. Pro gradu vero Doctoratus soluantur salaria assueta: nisi quod Doctoribus interessetibus examini, ultra quinquaginta solidos, detur viginti quatuor solidi: aliarum vero facultatum Doctoribus, & Magistris, qui in Ciuitate aderunt ea die, dentur unicuique octo solidi. Quod si huiusmodi persona peracto examine modo supradicto, publice velint Doctoris gradum suscipere, seruetur ordo assuetus. Sive autem fiat forma ordinaria, sive non, detur Furatis, Virgarijs & alijs assueta salaria.

De Incorporandis.

1 **S**tatuimus, quod quando cunq; aliquis Licentiatu, Doctor, seu Magister in alia Vniuersitate graduatus, velit in hac incorporari, hic ordo seruetur. Primo ostendat Cancellario suorum graduum privilegia, quibus visis, si in eo concurrant huius Statuti requisita, deposito prius facto penes Syndicum eum admittat, illique assignet

55.
